Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Bibliographie zu einer Geschichte der Wissenschaften - Cod. St. Blasien 59

Schlaeger, Julius Carl

[Gotha], [18. Jahrh.]

Julius Karl Schläger, Specimen bibliothecae litterariae promissae ac latentis in locos communes distributae

urn:nbn:de:bsz:31-50218

Visual Library

I

IVLII CAROLI SCHLAEGERI
SPECIMEN
BIBLIOTHECAE LITTERARIAE
PROMISSAE
AC
LATENTIS
IN LOCOS COMMVNES DISTRIBVTAE ACCEDIT
AVCTORVM INDEX

PHAEDRVS

Et sane leui,
Dum nihil habemus maius, calamo ludimus.

BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

III

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

IV

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

VI

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

Capitul I.

Capitul II.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

Con Spectat

CONSPECTVS

PARS. I.

HISTORIA ERVDITIONIS.

Caput. I. Scriptores, qui ad historiam litterariam generatim exponendam animum appulerunt . . . . . pag.

Caput II. Scriptores, qui de satis singularum disciplinarum specialim agere habuerunt constitutum. pag.

Caput III. Auctores, quibus animus fuit fata litterarum in certis prouinciis enarrare. pag.

PARS. II.

HISTORIA ERVDITORVM.

Caput I. Auctores, qui virorum eruditorum vitas generatim et coniunctim enarrare, aut eorundem elogia edere induxerunt animum pag.

Caput II. Auctores, qui, habita scientiarum ratione, de satis scriptisque virorum eruditorum commentari voluerunt pag.

Caput III. Auctores, qui ceperunt consilium certae cuiusdam nationis, prouinciae, vel vrbis eruditorum vitas edendi pag. VII

Caput IV. De vitis et scriptis mulierum celebrium commentarii promissi, aut latentes pag. VI

Caput V. Vitae singulorum virorum doctorum, promissae quidem, sed nondum editae pag.

Caput VI. Scriptores, qui singularia de viris doctis voluerunt enarrare pag.

Caput VII. Iudicia de eruditis promissa, sed hactenus inedita pag.

Caput VIII. Auctores, qui sepulcralia eruditorum virorum monumenta collegerunt, haud vero publici fecerunt iuris. pag.

PARS III.

HISTORIA SVBSIDIORVM ERVDITIONIS.

Caput I. Auctores, qui historiam scha-

larum Scribere voluerunt pag.
Caput II. Scriptores, quibus animus fuit historiam Academiarum illustrandi pag.
Caput III. Libri, ad historiam Societatum eruditarum pertinentes, latentes, partim, partim promissi pag.
Caput IV. Scriptores, qui de libris reque libraria commentari animum induxerunt. pag.
Caput V. Indices librorum generales, quos vel polliciti sunt viri eruditi, vel in Scriniis suis seruant pag.
Caput VI. Catalogi librorum certae cuiusdam artis, vel scientiae promissi, vel latentes pag.
Caput VII. Indices librorum certae cuiusdam nationis promissi, aut inediti pag.
Caput VIII. Ephemerides eruditae promissae pag.
Caput XI. Libri in Ana promissi, aut latentes pag.
Caput X. Collectiones epistolarum a variis eruditis Scriptarum pag.

Conspectus

Caput XI. Collectiones epistolarum singulorum eruditorum in hoc vsque tempus latentes pag.

Caput XII. Auctores, qui de re bibliothecaria et de bibliothecis certae cuiusdam prouinciae vniuerse agere constitutum habuerunt. pag.

Cap. XIII. Historia et catalogi bibliothecarum publicarum pag.

Cap. XIV. Catalogi bibliothecarum priuatarum latentes pag.

Cap. XV. Itineraria litteraria promissa, vel latentia pag.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

XVI

Pars I.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

PARS. I.

HISTORIA ERVDITIONIS.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

PARS I.
HISTORIA ERVDITIONIS

Caput I.

Scriptores, qui ad historiam litterariam generatim exponendam animum appulerunt.

Herm. CONRINGII de vniuersae eruditionis propagine et omnis doctrinae Scriptoribus commentarius chronologicus.

Vid. Bibliotheca Menckeniana p. 834. edit. nouiss.

Casp. SAGITTARII lineamenta historiae litterariae, inde ab orbe condito, per saecula, se inuicem excipientia, vsque ad Christum natum deductae.

Vid. Conspectus supellectilis epistolicae et litterariae, manu exaratae, quae exstitit quondam apud Jo. Christoph. Wolfium, nunc vero in bibliotheca Johannea Hamburgensi asservatur pag. 298. sq.

Vincent. PLACCII historiae litterariae compendium vniuersale, migrationes artium et scientiarum varias summatim exhibens.

Promisit illud Placcius in catalogo editorum edendorumque suorum, subiecto eius libro singulari de arte excerpendi pag. 6. Opus est affectum, neodum prelo paratum, atque procul dubio latet Hamburgi in bibliotheca Johannea, cui moriens rem suam librariam addixit Placcius. Vid. eius vita, a Jo. Alb. Fabricio conscripta, in frontispicio Theatri anonymorum et pseudonymorum Placciani.

Jac. Frid. REIMMANNI historia litteraria, in formam artis redacta et ita adumbrata, vt vna cum obiecto finis etiam exhibeatur et media.

Vid. Gabr. Wilh. Goetten ietzt-lebendes gelehrte Europa. Tom. I. p. 798

Eiusdem historia vniuersalis litteraria, ordine systematico descripta, secundum facultates et scientias.

Vid G. W. Goetten loc. cit. et catalogus bibliothecae Reimmannianae generalis pag. 300.

Petr. LAMBECII Syntagma vniuersae historiae litterariae, diuisum in XL. saecula ante Christum et in XVII. post Christum natum saecula, ac primum quidem Hamburgi 1659. sub titulo Prodromi historiae litterariae in fol. editum, iam autem beneficio Augustissimae bibliothecae Caesareae accuratius elaboratum, innumeris fere locis auctum et

praecedentibus XXV commentariorum de Bibliotheca Vindobonensi libris loco indicis vniuersalis subiungendum.

Vid. Commentar. de bibliotheca Vindobonens. lib. V. pag. 300. et D. G. Morhofii Polyhistor Tom. I. lib. I. cap. 2. §. 5 sq. et cap. 16 §. 77. Addat. Christoph. Aug. Heumanni Conspectus reipublicae literariae Cap. II. §. 3 qui vere iudicat, huic operi ita, vt par est, elaborando, ne decem quidem Lambecios suffecturos.

Io. Christ. Lib. Bar. de BOINEBVRG opus de vniuersa re litteraria.

Vid. Burc. Gotth. Struvii Introduct. in notit. rei litterar. cap. I. §. 12.

Io. Vlric. MEVRERI pandectae litterariae, siue commentarii de vniuersa re litteraria.

Vid. Catalogus Francofurt. vernal. 1698.

Io. Burc. MAII vniuersalis rei litterariae historia.

Vid. Burc. Gotth. Struuius loc. citat. §. 14 sub finem.

Valent. Ern. Loescheri historia litteraria, qua ad nostram vsque aetatem omnium saeculorum genius litterarius, inuenta, docti, omnium artium fata, et quae praeterea ad hoc institutum spectant, omni studio explicantur: accedunt rariora, historia philosophiae scholasticae a saeculo vsque XII; historia litterarum saec. XIIII. et XV. renascentium; Germania erudita eo tempore, cum Lutherus sacra repurgare inciperet; dissertationes de poetis theologis; Rabbinis recentioribus; restitutoribus auctorum classicorum; scriptoribus supplementorum; doctis sycophantis, qui antiquis tot libros supposuerunt, et huius generis alia.

Vid. τοῦ νυν εν ἁγειοις, Loescheri, arcana litteraria et alii XXX libri, quos edendos 1700 proposuit num. VIII. Conf. B. G. Struuii Supplement. ad introduct. rei litter. pag. 5 sq. De argamentis fatisq; huius operis ipse Loescherus in Responsione de statu progressuque scriptorum abs se promissorum ad Christ. Feustelium, huius Miscellaneis sacris et eruditis subiuncta pag. 60 sq. ita scribit: „ Historia litterarum renascentium in aliquam hactenus formam excreuit. Hic praemissa breui historiae cadentium litterarum a tertio vsque et quarto post Christum saeculis, chronologico recensu enarro, qua ratione seculo XIII ab orta salute, praeludiis, quae saec. XII. a Guil. Britone et Guntero data sunt, praemissis, pictoria ars et poesis in Italia praesertim

„ reuirescere coeperint: quid singulis actum lustris ad Melanchtho-
„ nem vsque: sigillatim quinam auctores classicos e situ et squalore
„ protraxerint, qui primi castigatius Latine scripserint, qui Graecas
„ in occidentem induxerint litteras, qui antiquitatum studia, numos
„ et lapides primi excoluerint: insuper patronos reflorescentium
„ litterarum praecipuos, Cosmum Mediceum, Nicolaum V. Papam, Alphon-
„ sum Arragonium, Matthiam Coruinum, Fridericum III. Aug. Io. Galea-
„ tium Sforzam, Ferdinandum Catholicum, Fridericum Saxonem, Bessa-
„ rionem, Cusanum et Raimundum, Cardinales, Eberhardum Wurtenber-
„ gicum, Io. Dalburgium; loca hac restauratione illustrata, Floren-
„ tiam, Romam, Neapolim, Venetias, Viennam, Tubingam, Heidelbergam;
„ viros doctos, ea de re insigniter meritos, Dantem, Caualcantem,
„ Petrarcham, Poggium, Boccatium, Wesselum, Io. Pontanum, R. Agricolam,
„ I. Fabrum, L. Aretinum, Aen. Syluium, Vimphelingium, Beroaldum,
„ Nebrissensem, Capnionem, Vallam, Politianum, Erasmum, Peutingerum,
„ R. Langium, Hegium, Huttenum, Occonem, P. Mosellanum, alios; nec non
„ naeuos, qui cum litteris excreuerunt, Cabbalismum, facetias obscoenas,
„ affectata nomina, fastum et audaciam criticam expono. Speciali
„ denique cura Germaniam eruditam, qualis ipso repurgationis sacrorum
„ initio fuit, scholasque apud nos antiquiores et melius meritas, Da-
„ uentriensem, Monasteriensem, Noribergensem, Cygnensem, Friber-
„ gensem, Misenensem, Goldbergensem et alias illustro.„

Christ. Matthaei KNESEBECKII Morhofius illustratus, siue commentarius in eius polyhistorem.

Vid. eius prodromus iuris publici vniuersalis, Rostochii 1700. editus p. 66.

Io. GAONINGII fasti rei litterariae, siue continuatio polyhistoris Morhofiani.

Huius operis, in catalog. nundin. Lips. an. 1700. vernalium p. 66. promissi, Tom. I. sub titulo: Relationes reip. litterariae, siue apparatus ad historiam scientiarum et artium, notitiam vniuersalem celebriorum auctorum, epistolas diplomata et obseruationes, maxime antiquarias et physico-mathematicas, cum figuris aeneis, ea exhibituris methodo ac instituto: vt simul vice supplementi in D. G. Morhofii polyhistorem esse possit, lucem aspexit Hamburgi 1702. 8. cetera vero, quae sequi debebant, volumina, suppressit auctor, eam procul dubio ob caussam, quod intelligebat, se isto labore orbis eruditi applausum haud esse meriturum. Vid. Io. Molleri in Morhofii polyhistorem prolegomena §. XCVII. pag. 77. et B. G. Struuii supplementa ad notit. rei litterar. pag. 73.

Ernest. Joach WESTPHALII historia reipublicae litterariae vniuersalis

Vid. Leipzig. neue Zeitung von gelehrten Sachen an. 1727. p. 792.

Polycarp LEYSERI historia eruditionis omnis a prima antiquitate ducta, et disciplinarum ordine disposita, qua omnium scientiarum et opinionum origo et fata enarrantur

Vid. eius conspectus scriptorum editorum et edendorum, Helmstad. 1719 vulgatus, pag. 6 num. VIII.

Carol. ARNDII systema historico-litterarium.

Vid. eius rudis delineatio systematis selecti scientiae litterariae et quidem historico-pragmatici vsibus theologicis et philosophicis instructi Rostoch. 1709. 4. pag. 8. Huius quidem systematis sectiones tres priores lucem viderunt Lips. et Rostoch. 1714. 4 reliquae decem vero, quas, si fidem adiungere licet auctori der gelehrten Fama Tom. II. pag. 868 sq ad prelū paratas habuit Arndius, publici iuris haud factae sunt, vel quod bibliopolae ipsis obstetricias recusarunt manus, vel ob censuras minime benignas, quibus cum partem huius systematis primam, tum ipsam rudem delineationem exceperunt eruditi. Vid. neue Bibliothec. Tom. I. pag. 135. et pag. 405. Gottl. Stollens Historie der Gelahrheit pag. 34

Casp. SAGITTARII historia litteraria saec. I. et II. post C. N.

Vid. Bibliotheca Leyseriana pag. 1.

Val. Ern. LOESCHERI historia scholasticorum doctorum et institutorum, quae statum eruditionis ab XI ad XIV vsque saeculum describit aditumque cumprimis ad intelligendum τρόπον παιδείας Pontificiorum facit

Ad colligendam hanc historiam animum appulit ὁ μακαρίτης anno aetatis suae XXI. vt ipse testatur in Responsione ad Christ. Feustelium de statu progressuque scriptorum abs se promissorum pag. 696.

Eiusdem historia litteraria recentior, qua inuenta litteraria a XXX circiter annis doctique huius aerae viri traduntur.

Hanc anno aetatis suae XXX fluente se elaborasse refert Loescherus loc. cit. pag. 692.

Jo. Frid. GLEDITSCHII historia litteraria

De hoc opere abs se adornando orbem litterarium certiorem fecit eiusque simul sciagraphiam dedit Gleditschius in Epistola, qua parenti Jo. Gottlieb Gleditschio, bibliopolae Lipsiensi auspicia an. 1738 fausta feliciaque est apprecatus.

Jo. MOLLERI animaduersiones in scriptores aliquot historiae litterario librariae potiores, praecipue modernos, critico-historicae

Vid. Noua litteraria maris Balthici Lipsiae 1699. pag. 26.

Io. MOLLERI miscellanea et amoenitates historiae litterariae

Vid. Nou. litter. mar. Balthic. loc. cit.

Zach. Conr. von VFFENBACH Selecta historiae litterariae et librariae.

Eiusdem aduersaria, siue excerpta realia, ad rem librariam et litterariam facientia

Gerh. Frid. MÜLLERI paroramatologia litteraria, siue farrago errorum, a viris eruditione claris in historia potissimum litteraria admissorum.

Vid. Leipzig. neue Zeitungen von gelehrt. Sachen an. 1725. num. LXXV. pag. 735.

Io. Gottlieb KRAVSE historia controuersiae, vtrum eruditio nostri temporis doctrinae veterum sit anteferenda

Vid. Thesauri epistolici Lacroziani Tom. I. pag. 233.

Vincent. PLACCII ratio status reipublicae litterariae hodiernae, siue corruptelae atque remedia illius.

Vid. B. G. Struuii Supplement. ad notit. rei litterariae, pag. 11.

Dan. Georg. MORHOFII commentatio de infelice eruditionis hoc nostro tempore statu

Vid. Io. Ludou. Hannemannus in praefat. oui Hermetico-Paracelsici (66) citante I. Mollero in prolegom. de vita et scriptis Morhofii, huius Polyhistori praemissa, §. LXXXVIII. num. 2.

Eiusdem tractatus de arcanis dominationis in re litteraria.

Vid. Io. Mollerus loc. cit. §. LXXXVIII. num. 3.

Nic. Hieron. SVNDLIXGII monstrosa eruditorum res-publica

Vid. eius otia Tom. III. pag. 242.

Christ. IVNCKERI Commentatio de desideriis eruditorum

Huius Scripti elaborandi elaboratique typis describendi spem fecit Iunckerus in litteris ad Rod. Marf. Meelführerum.

Iac. Frid. REIMMANNI catalogus parallelus scientiarum dudum deperditarum, rursus inuentarum et adhuc inueniendarum

Vid. eius Einleitung in die historiam litterariam so wohl insgemein, als insonderheit der Teutschen, Vol. I. pag. 70.

Christoph. Aug. HEVMANNI Vtopia litterata, siue libellus de doctorum quorundam hominum consiliis, quae orbi litterato dare sustinuerunt commodis consulturi publicis, sed ita comparata, vt maxime inconsultis adscribi mereantur.

Caput Vtopiae litterariae primum, quo exploduntur, qui principibus auctores fuerunt ciuitatem condendi Latinam, vide sis in Poeciles Tom. I. lib. I. pag. 95 sqq.

Caput 2.

Scriptores, qui de fatis singularum disciplinarum speciatim agere habuerunt constitutum.

I.

Artes populares

Io. Baptist. DONII onomasticon, seu pandectarum opus, XX. libris distinctum, in quo omnia quarumcunque artium ac facultatum vocabula sub certa capita sunt digesta.

Vid. Notizie letterarie ed istoriche intorno à gli uomini illustri dell' Accademia Fiorentina Part. I. pag. 336 sqq. et cons. praeter Acta erud. an. 1701. pag. 507 (Io. Georg. Eccardi) monatlichen Auszug an. 1702. mens. Jun. pag. 53

Io. Gerh. VOSSII opus artium et constitutio omnium artium et scientiarum.

Vid. ipsius Vossii theologiae gentilis lib. VI. c. 8. citante Morhofio Polyhistor. pag. 398. edit. primae, cui tamen videtur huius operis ἀπογραφάριον liben Vossianus de quatuor artibus popularibus, philologia et scientiis mathematicis.

Martin. FOGELII opificiorum variorum historia.

Vid. Morhofii Polyhistor Tom. I. lib. I. cap. 7. §. 43.

Nicol. Melchised. THEVENOTII opus de opificiis omnibus, velut quaedam naturae et artis pandectae.

Vid. Morhofius loc. cit. Tom. I. lib. I. cap. 1. §. 7. vbi fata Theuenotii his laboribus intercessisse scribit

Histoire de la Musique depuis son origine jusqu' à present par Mr. OUVARD.

Vid. Menagiana Tom. I. pag. 303 citante Reimmanno Einleit. in die histor. litter. &c. Vol. I. pag. 50

Volkg. Casp. PRINTZII historia musica

Vid. eius historische Beschreibung der edlen Sing- und Klinge-Kunst Dresdae 1690. 4. edit. cap. XVII. pag. 223. vbi refert se operis huius, ad vmbelicum iam perducti, manuscriptum bibliopolae tradidisse

Wolfg. Casp. PRINTZII liber de instrumentis in toto orbe musicis.

In eo conscribendo Printzium occupatum adhuc fuisse in ipso morbo fatali eundemque ante suum ad meliorem vitam abitum perfecisse, relatum legimus in Leipz. neuen Zeitung. von gelehrt. Sachen an. 1717 pag. 751 vbi etiam vita, fata et scripta egregii huius musici enarrantur

Io. Andr. BOSII dissertationes de prima librorum scribendique origine

Vid. Morhofii Polyhist. lib. 1. Tom. 1. cap. 7. §. 44.

Wencesl. COBERGII opus quadripartitum de architectura, pictura scripturaque antiqua &c.

Vid. Pet. Gassendi vita Nic. Claud. Fabricii de Peiresc lib. II. pag. 56.

Georg. Hieron. VELSCHII honores calligraphiae, siue commentariolus de varietate chartarum, scripturarum et typorum, in quo multa rariora et vulgo incognita recensentur et reuelantur.

Vid. eius epistola de scriptis suis ad bibliopolas et typographos S. Rom. Imperii, inserta Th. I. ab Almeloueen Bibliothecae promissae et latenti pag. 130.

Iac. Frid. REIMMANNI historia rei diplomaticae

Vid. Catalogus bibliothecae Reimmanniana generalis pag. 398

Mchr. RÜHLMANNI commentarii de scriptura monachica, Germanis Mönchs-Schrifft dicta, quomodo illa in diplomatibus, vel chartis, sigillis, numis et epitaphiis, atque tum mscbis, tum impressis codicibus apud Germanos praesertim reconditis legi capique debeat, distincti in nouem capita, quorum 1. agit de figura litterarum monachicarum, 2. de syllabarum vocumque abbreuiatura monastica, 3. de contextu litterarum monasticarum, 4. de formulis Caesarum Regumque in diplomatibus adhibitis, 5. de formulis Romanorum Pontificum, nec non ipsorum a latere in Germania legatorum litterariis, 6. de formulis summorum et aliorum Germaniae Praesulum in litteris, 7. de formulis saecularium Principum et Comitum imperii Germanici, 8. de monogrammatibus et sigillis

* Sur la vraye origine de l'imprimerie par le P. Louis Jacq. de S. CHARLES.
Vid. Bibliotheque ancienne et moderne Tom. XI. p. 356. qf. Bibliotheque des auteurs de Bourgogne par Papillon. T. I. p. 329.

Imperatorum et Regum Germanorum, atque Sigillis Principum et Comitum S. R. I. 9. de indictione cum anno Christi conueniente et de annis regni vel imperii ac pontificatus Caesarum aut Regum Germanicorum et Paparum Romanorum

Vid. noua litteraria Lipsiensia an. 1723 pag. 127 sq.

Matth. Frid. BECKII Sciagraphia diatribes de papyro Saec. XV. et vicinae aetatis, quando ars typographica, duum Germanorum inuentam, est repertum.

Affectam esse relictam hanc Sciagraphiam ex Esaiae Weidii diss. qua M. F. Beckii V. D. M. apud Vindelicos vita munereque sancti, memoriam ab obliuione vindicauit, edita 1703. 4. referunt auctores Nou. Germ. litter. an. 1704. pag. 132.

Historie der Buchhaendler und Buchdrucker, wie solche in alten, mittlern und neuern Zeiten beschaffen gewesen und noch ist, oder Sammlung aller derjenigen Scriptorum, die so wohl über haupt von dem Buchhandel und von der Buchdrucker-Kunst geschrieben, als auch andere collectanea aus verschiedenen Scriptoribus, wie sie von verschiedenen Maennern nach ihrer gebrauchten Schreibart entworffen und zusammen getragen worden von Frid. ROTHSCHOLTZEN, Herrenstad. Silesio

Vid. Leipzig. neue Zeitung von gelehrten Sachen an. 1729. pag. 171.

o. Arnold BERGELLANI Carmen elegiacum de encomio chalcographiae sive typographiae cum Wilh. Ern. Tentzelii notis de inuentione typographiae

Vid. Io. Georg. Eccard monatlichen Auszug an. 1700. mens. April. pag. 123. in notis.

o. Frid. FAUSTI Discours vom Ursprung der Druckerey, wer, auch wann und an welchem Orte solche erstmahls erfunden, aus denen ad familiam der Fausten von Aschaffenburg gehörigen Monumenten

Vid. Conspect. Supellectilis epistolicae et litterariae, quae olim exstitit apud Io. Christoph. Wolfium, pag. 284 sqq

Petr. LAMBECII dissertatio de inuentione typographiae eiusque incremento, vsu et abusu
Vid. eius prodromus hist. litter. pag. 275. edit. Lips. et Frs. 1710.

Georg. Christ. JOANNIS tractatus de inuentione et ortu typographiae, maxime Moguntinae.
Vid. Jo. Ludolph. Bunemanni notitia Scriptorum, artem typographicam illustrantium pag. 28.

ANONYMVS de insigni Pinus Augustanae deque re typographica
Vid. Jac. Bruckerus de vita Ehingeri pag. 123. in not.

Jo. Gottlieb. KRAUSE annales typographici ab origine artis vsque ad an. 1520.
Collectanea Krausiana ad Jo. Christ. Wolfium, Gymnasii Hamburgensis Professorem peruenerunt, teste Bunemanno loc. cit. pag. 31.

Ludou. Jac. a S. CAROLO bibliotheca antiquarum editionum ad an. 1500. inclusiue
Vid. Anton. Teissierii catalogus &c. pag. 224.

Jo. MOLLERI auctarium ad Corn. a Beughem incunabula typographiae de libris ante an. 1500 excusis
Vid. Acta Eruditorum Germanica Tom. XVI. pag. 893.

2.

Litterae humaniores.

Polycarp. LEYSERI historia linguarum pragmatica, qua monstratur, quomodo ex natura et indole linguarum Iudicium de earum antiquitate et primaeuitate ferri possit, et simul probatur, Ebraeam primaeuam omnium linguarum dici nullo modo posse.
Vid. eius Conspectus Scriptorum editorum et edendorum pag. 6. num. 1.

Jac. Frid. REIMMANNI historia litteraria linguarum Asiaticarum, Africanarum, Europaearum
Vid. Catalogus bibliothecae Reimmannianae generalis pag. 300

Iac. Frid. REIMMANNI libellus de artis grammaticae primis auctoribus, hoc est inuentoribus, propagatoribus restauratoribus, doctoribus &c.

Perfectum esse libellum, sed certis de causis prelo haud subiectum ipse auctor ordert in der Einleit. in die hist. litter. Vol. 1. pag. 53

Polycarp. LEYSERVS de lexicorum defectibus et emendandi ratione

Vid. eius Conspect. citat. pag. 7. num. 3.

Vincent. PLACCII historia rhetorices.

Vid. Catalogus scriptorum, a Placcio promissorum, adiunctus Io. Rhodii auctoribus suppositiis et cons. Reimannum loc. cit. pag. 56

Iac. Frid. REIMMANNI opusculum de artis dicendi primis auctoribus, hoc est inuentoribus, propagatoribus, restauratoribus, doctoribus &c.

Vide eum loc. cit.

Io. Laur. MOSHEIMS Historie der Leichen- Hochzeit- und Ehren-Gedichte

Vid. eius, sub ficto Solintes nomine, 1716. 4. edit. Zufaellige Gedancken von einigen Vorurtheilen in der Poesie, besonders der Deutschen. Erster Vortrag pag. 15 et cons. Leipz. neue Zeitung. von gelehrt. Sach. an. 1717. pag. 267.

Clent. Ernst. LOESCHERI historia tabularum geographicarum

Vid. eius de statu progressuque scriptorum abs se promissorum responsio ad Christ. Feustelium, huius Miscellan. Sacr. et erudit. subiecta, pag. 695

3.

disciplinae philosophicae

Petr. LAMBECII analysis et selecta publicarum praelectionum in Diogenem Laertium de illustribus veteris Graeciae philosophis, cum accuratissimo indice omnium scriptorum, qui in eo opere citantur, secundum alphabeti seriem.

Vid. eius epist. ad benevol. lector. subiuncta Prodromo hist. litter.

Christ. Henr. ab ELSWICH historia philosophica, in qua

philosophorum eruuntur dogmata praecipua, e quibus reliqua deinceps emanarunt.

Vid. Jo. Henr. von Seelen Athenae Lubecenses Part. I. pag. 306.

Jo. Nic. FROBESII luculenta commentatio de Singularum disciplinarum philosophicarum indole ac fatis

Vid. Leipz. Zeitung. von gelehrt. Sach. an. 1734 pag. 175.

Carl. Frid. BUDDEI historia philosophiae

Vid. Leipz. neue Zeitung von gelehrt. Sachen an. 1716. pag. 496. Oeconomiam huius auctores des neuen Bücher-Saals der gelehrt Welt Tom. IV. pag. 150 his verbis ediderunt. Herr M. Buddeus hat eine Historie der Philosophischen Wissenschaften, als der Logic, Critic, Physic, Pneumatologie, Moral, natürlichen Rechts, und Politic unter Händen, worin er sich sonderlich diese methode gefallen laesset, dass er vornemlich der alten und neuen Philosophen Meynungen von den disciplinen und Lehren anführet; sich aber bey ihren Leben nicht aufhält; diejenigen Personen und Zeiten beibringet, von welchen und wenn sie zuerst kunstmaessig vorgetragen worden. Und hierauf sollen die fata derselben, als nemlich ihr Wachsthum und Abnahme von ihren Geburt an bis auf unsere Zeiten folgen, da man besonders alle Zeit sein Absehen richten wird auf das, was zu dem Flor und Fall Gelegenheit gegeben. Cont. pag. 840 vbi plane egregii huius operis partem primam prelo propediem subiectum iri, relatum reliquimus.

Valent. Ern. LOESCHERI historia philosophica recentior, complectens non solum historiam, sed et hypotheses ac errores et censuram philosophiae Paracelsisticae Ramisticae, Cardani, Agrippae, Nic. Taurelli, Cartesianorum, Gassendianorum, Hobbesianorum, Spinosae, Malebranchii et aliorum

Vid. eius arcana litteraria et alii libri edendi. num. 4.

Christ. BREITHAUPTI historia philosophica saeculorum post C. N. XV. XVI. XVII et XVIII.

Scripti huius, ipsa ipsius Breithaupti ex ~~[illegible]~~ eius Catalogo Scriptorum editorum et elaboratorum pag. 6. sq. verba recito, Summa haec est: Procemium agit de causis instaurationis philosophiae. Sect. I. de instauratoribus bonarum litterarum, in specie Latini sermonis. Sect. II. de instauratoribus antiquae philosophiae ~~[illegible]~~ vel Ra-

~~[illegible]~~ Secundum Sectas praecipuas, et quidem Cap. 1. de instauratoribus philosophiae Kabbalisticae et Pythagoricae; Cap. 2. de instauratoribus Sectae Platonicae; cap. 3. de instauratoribus Sectae Aristotelicae. cap. 4. de instauratoribus Sectae Stoicae. cap. 5. de instauratoribus Sectae Epicureae; cap. 6. de instauratoribus philosophiae Scepticae. Sect. III. de philosophia Syncretistica; cap. 1. de iis, qui philosophiam cum Sacra Scriptura conciliare voluerunt; cap. 2. de iis, qui philosophos pugnantes conciliare voluerunt. Sect. IV. de instauratoribus philosophiae Christianae. Sect. V. de iis, qui nouas hypotheses cum antiquis coniunxerunt. Sect. VI. de philosophia mystica et theosophica eiusque praecipuis propugnatoribus. Sect. VII de Cartesio eiusque principiis philosophicis. Sect. VIII. de iis, qui unam alteramue philosophiae partem emendare annisi sunt; cap. 1. de reformatoribus Logicae; cap. 2. de reformatoribus Metaphysicae; cap. 3. de reformatoribus Physicae et quidem dogmaticae; cap. 4. de reformatoribus physicae experimentalis; cap. 5 de reformatoribus Ethicae; cap. 6. de reformatoribus iuris naturalis; cap. 6. de reformatoribus politicae. Sect. VIIII. de philosophia eclectica recentiori. Sect. X. de philosophia Leibnitio-Wolfiana.

Laur. REINHARDI historia philosophiae barbaricae. Acced. Synopsis historiae philosophiae Hebraeorum et dissertationes de variis philosophorum Saec. XVIII. Systematibus philosophicis.

Vid. Leipz neue Zeitung von gelehrt. Sach. an. 1727. pag. 774.

2. Conr. DÜRRII breuis diatriba de philosophia Pythagorica.

Vid. Gust. Georg. Zeltneri vitae Theologor. Altorphinorum, pag. 366

Io. LVZ Historie der Wolfischen philosophie

Vid. Io. Pet. Kohls Hamburgische Berichte an. 1635. pag. 2 vbi de operis huius Synopsi sequentia legantur: In dem ersten Abschnitt wird das Leben Herrn Wolfens mit seinen Lebensabwechselungen darstellen. In dem andern sollen die gross und kleinen Schriften dieses grossen Weltweisen, ihren vornehmsten Inhalt nach, erzehlet werden. In dem dritten Abschnitt wird von den Lehrsätzen und der Lehrart der Wolfischen philosophie, worin sie sich von andern unterscheidet, das nöthige abgehandelt werden. In dem vierten soll eine vollstaendige Erzehlung der so berühmten Wolfischen Streitigkeiten unpartheiisch beigebracht werden. Die fünfte Abtheilung wird eine Sammlung von Vrtheilen der Gelehrten, welche sie in ihren eigenen Schrifften, Tag- und Monats-Büchern und Briefen über die Wolfische Philosophie gefället

haben, in sich schliessen. In der sechsten und letzteren Abtheilung werden endlich die vornehmsten Anhaenger der Woltischen Philosophie angeführet werden.

Herm. Vlric. von LINGEN critique über C. A. Heumanni Teutsche Acta philosophorum.
Vid. J. H. v. Seelen Athenae Lubecenses P. III. pag. 95

Christ. BREITHAVPTI dissertatio historico-philosophica de fabulis ex historia philosophica relegandis
Vid. eius Catalog. Scriptor. editor. et edendor. pag. 6.

Mart. FOGELII historia didactica et logica praeterita
Vid. D. G. Morhofii polyhist. Tom. I. lib. I. cap. 4. §. 43

Eiusdem historia haeretica
Vid. Morhofius loc. citat.

Vincent. PLACCII historia logices
Vid. eius Catalogus librorum edendorum

Seuerini LINTRVPII breuiarium historiae logicae
Vid. eius reliquiae incendii Bergensis pag. 47.

D. Petr. LVDOVICI polyhistor logicus, sive initia, progressus, sectae, scriptores, fata ac vicissitudines philosophiae rationalis.
Vid. eius historia rationalis philosophiae apud Arabes et Turcas, quae operis promissi specimen est, pag. 4.

C. Frid. REIMMANNI opusculum de artis ratiocinandi primis auctoribus.
Vid. eius Einleit. in die hist. litter. Vol. I. pag. 59.

Seuerin. LINTRVPII schediasma historicum de fatis metaphysicae
Vide eum loc. citat.

Dan. Georg. MORHOFII historia naturalis, sive polyhistor physicus veterum et recentiorum sectarum placita proponens et conferens, et vetera nouaque inuenta, per omnes corporum naturalium species, recensens
Conspectum huius operis, cuius nucleum auctor inseruit suo Polyhistori philosophico, vide sis in Anonymi vita Morhofii, subiuncta eius dissertationibus academic. pag. 34 sqq.

Adam. TRIBBECHOVII opus historico dogmaticum de philosophia morali gentium omnium, barbararum pariter ac cultiorum, nec paganarum minus, quam Iudaicae et Christianae

Vid. J. H. v. Seelen Athenae Lubecenses Part. II. pag. 375

Vincent PLACCII historia ethices.

Vid. eius Catalogus libror. edendor.

Eiusdem historia politices

Vid. loc. cit.

4.

mathesis

Polycarp. LEYSERI desiderata mathematica

Vid. eius Conspect. Scriptor. editor. et edendor. pag. 9. num. XXIII

Io. Gottlieb MICHAELIS historia optica.

Vid. Leipz. neue Zeitung von gelehrt. Sachen an. 1729. pag. 193.

Frid. BÜTHNERI liber de origine et sectis astronomiae a creatione mundi, et astronomia per Logarithmos Vlacquii

Vid. noua litterar. maris Balthici an. 1697. pag. 107.

Leon. ALLATII historia astrologica.

Vid. eius Apes Vrbanae pag. 251. edit. Fabric.

5

medicina

Io. Baptist. CAPONI historiae medicae vniuersalis libri V. quorum primus de veteri medicina; secundus de recentiori medicinae vsu apud omnes nationes; tertius de sectis; quartus de medicis; quintus de bibliotheca medica cum notitia mscrtorum in quocunque idiomate

Vid. D. G. Morhofii Polyhistor. Tom. I. Lib. I. cap. 18. §. 66.

Berg. Hieron. VELSCHII dissertatio de inuentoribus medicamentorum.

Vid. eius epist. de Scriptis suis ad bibliopolas et typographos S. R. I. inserta Th. I. ab Almeloveen Biblioth. promiss. et labul. pag. 124

Georg. Frid. LAVRENTII historia medica vniuersa, a primis artis incunabulis repetita, ad nostram vsque aetatem continuata et secundum classes causarum morbifica-rum antecedentium disposita.

Vid. Io. Molleri Cimbria litterata Tom. II. pag. 462

Bartholom. Io. Otton. HANNEMANNI commentarius de desideratis in medicina, cuius cap. 1. agit de desideratis medicinae in genere, cap. 2. de desideratis physiologiae; cap. 3. de desideratis in pathologia; cap. 4. de desideratis in semiotice; cap. 5. de desideratis in hygieine; cap. 6. de desideratis therapiae in genere; cap. 7. de desideratis therapeutices quoad morbos curandos; cap. 8. de desideratis quoad facultates medicamentorum, et quidem internorum; cap. 9. de desideratis quoad media externa; cap. 10. de desideratis in diaetetice; cap. 11. de desideratis in pharmacia; cap. 12. de desideratis in chymia; cap. 13 de desideratis in chirurgia; cap. 14. de desideratis in iis, quae communiter a medico requiruntur.

Vid. noua litterar. maris Balthici an. 1698. pag. 144.

egid. MENAGII historia botanica.

Vid. Catalogus librorum a Menagio elaboratorum et promissorum, subiectus Memoires pour servir à la vie de Mr. Menage, quae exstant in fronte Tom. I. Menagianorum edit. Parisiens. 1715. 8.

liae Frid. HEISTERI historia botanices

Vid. program. eius funebr.

Andr. Ottomar. GOELICKE historia pharmaciae et botanices.

Affecti huius operis mentionem faciunt auctores des neuen Bücher-Saals der gelehrt. Welt. Tom. III. pag. 71.

res

* Herm. Vl
Vid.
* Petr. L
lentin
Dilige
riis
Vid.
* Dan. Ge
manae
Vid. e
an.
* Jo. Gerh
Vid.
+ Seuerin
mis
gia et
Vid.
+ Eiusde
grat
Vid.
Jac. Fri
rum
Danor
Vid.
* Bern. L
catal
Schola
Vid.

6.

iurisprudentia.

term. Vlric. von LINGEN historia iuris vniuersi

Vid. J. H. von Seelen Athenae Lubecenses P. III. pag. 96.

Petr. LAMBECII analysis et selecta praelectionum in Valentini Forsteri historiam iuris ciuilis Romani, cum diligenti emendatione chronologiae aliisque necessariis notis et animaduersionibus.

Vid. eius Epist. ad lectorem, subiuncta Prodromo hist. litter.

Dan. Georg. MORHOFII ἱστορούμενα iurisprudentiae Romanae

Vid. eius programma inuitatorium ad lectiones acroamaticas p. p. an. 1683. vbi haec ἱστορούμενα editioni parata esse dicuntur.

7.

theologia

J. Gerh. MEVSCHENII polyhistor theologicus.

Vid. Jo. Molleri Cimbria litterata Tom. II. pag. 554.

euerin. LINTRVPII dissertatio de rei litterariae, cum primis theologicae, defectu moderno, ac de libris in theologia et historia ecclesiastica adhuc desideratis

Vid. noua litter. maris Balthici, an. 1699. pag. 14.

iusdem historia religionum omnium synoptica, in gratiam popularium suorum per certos tomos edenda.

Vid. nou. litter. mar. Balth. loc. cit. pag. 15.

Jac. Frid. REIMMANNI systema systematum theologicorum Judaicorum, ethnicorum, Christianorum, Muhamedanorum et Atheisticorum.

Vid. Catalogus bibliothec. Reimmannianae generalis pag. 300.

Bern. LAMY historia theologiae scholasticae: Acced. catalogus chronologicus omnium librorum de theologia scholastica.

Vid. Leipz. Zeitung von gelehrt. Sach. an. 1721 pag. 463

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

Valent. Ern. LOESCHERI historia naturalismi et enthusiasmi, praeter chronologiam et biographiam, documenta ad vtrumque mali genus pertinentia, cum primis excerptos naturalistarum et enthusiastarum libros continens.

Vid. eius de statu progressuque scriptorum abs se promissorum responsionem ad Christ. Feustelium pag. 697.

Dan. Georg. MORHOFII opus plenum et accuratum de ortu et progressu theologiae enthusiasticae

Vid. eius diss. I. theologiae gentilis politicae pag. 48.

Valent. Ern. LOESCHERI historia enthusiasmi, vltra Orphicum tempus deducta

Vid. loc. modo citat. pag. 707.

Io. Laur. MOSHEMII dogmatis de Antichristo historia ex antiquis praecipue monumentis

Vid. Herm. Sam. Reimari commentar. de vita et scriptis Io. Alb. Fabricii cap. III. pag. 403

Caput 3
Auctores, quibus animus fuit litterarum fata in certis prouinciis enarrare

I.
in Europa

ANONYMI (forte Georg. Adam. CAROC) historia iurisprudentiae Europaeae, a Iustiniano, per medium aeuum, vsque ad nostrum.

Vid. Leipz. Zeitung. von gelehrt. Sach. an. 1725. pag. 359 vbi non modo refertur istud opus proxime sumtibus Lockmanni, bibliopolae Wismariensis, in publicum edit. praditarum, quorum tamen verborum fidem exhibitam esse constat, sed sequens eius etiam exhibetur conspectus: Sectio 1 de statu iurisprudentiae et iustitiae post fata Iustiniani vsqs ad saec. XII. et tempora Imp. Lotharii Saxonis. Sectio 2. de statu iurisprudentiae et iustitiae saec. XII. instauratae vel renouatae vsqs ad saec. XVI. Sect. 3. de statu iurisprudentiae et iustitiae saec. XVI. repurgatae. Sect. 4. de statu iurisprudentiae corruptae per glossatores, pragmaticos et polemicos. Sect. 5. de statu iurisprudentiae saec. XVII. et XVIII magis magisque exornatae et amplificatae. Sect. 6. de statu iurisprudentiae oppugnatae. Sect. 7. de sectis Ictorum. Sect. 8. Ictorum decora et merita in rem litterariam, ciuilem et ecclesiasticam. Sect. 9. de desideratis iurisprudentiae. Sect. 10. de nouis iurisprudentiae (α) iuris priuati (β) iurisprudentiae vniuersalis siue iuris naturalis et gentium (γ) iuris publici Germanici et Feudalis (δ) practica et processualia (ε) noua quaedam prouincialia, siue noui casus practici, in munere prouinciali per compluores vero annos propria experientia obseruati, et sub sictis quidem nominibus, attamen secundum verissimas facti circumstantias repraesentati, in sportis quandoqs characteribus personarum et locorum: acced. varii varioresqs libelli iuridici.

Io. Luc. CORTESII historia iuris Hispanici

Vid. Io. Ern. de Franckenau Sacra Themidis Hispanae arcana pag. citante J. F. Reimmanno in dem Einlei. in die Hist. litt. Vol. 1. pag. 36

Matthaei HALE historia et analysis legum Angliae

Huic libro, nondum typis exscripto, se multum delere fatetur Iac. Tyrrel in the general history of England &c. Vol. 2. pag. 97. Cons. Acta Eruditor. an. 1703. pag. 315.

Io. Georg. ECCARDI opus maius de re diplomatica Germanorum
Vid. Thesauri epistolici Lacroziani Tom. I. pag. 130.

Io. Petr. LVDWIG critica medii aeui, s. ars diplomatica, ad vsum Germanici imperii sigillatim accommodata
Molitum esse hocce opus virum doctrina, nuper fatis functum, docent nos auctores des neuen Bücher Saals Tom. I. pag. 2 in notis

dan. Georg. MORHOFII tractatus de Germanorum in rem litterariam meritis
Vid. Io. Molleri in polyhistorem Morhofianum prolegomena §. 87. pag. 64.

Io. Alex. DOEDERLINI Schediasma de meritis Germanorum in litteras Graecas
Ad prelum subeundum paratum esse hocce opusculum atq; 1 Alphab. 12 plagg. constare docent auctores des neuen Bücher Saals der gelehr. Welt Tom. III. pag. 534. et noua litter. Germ. an. 1704. p. 38.

Io. Iac. BAIERI oratio de meritis Germanorum in rem medicam
Parata ad editionem dicitur in dem neuen Bucher Saal T. III. p. 855.

Io. Georg. WALCHII dissertatio de fatis oratoriae inter Germanos Saec. XV. XVI. et XVII.
Hanc praemittere primum cogitabat vir multae et eruditionis et humanitatis et pietatis epistolis Cellarianis, ipsius studio iuris factis publici, eiusque spem faciebat eruditis in praefat. ad Oratt. C. Cellarii, ubi partem huius argumenti haud inutilis scribendo perpoliuit. Missum vero fecit Reu. Walchius hoc propositum, et quidem eam ob caussam, quod materiam in molem nimiam excrescere videbat. Nihilominus tamen auctores des neuen Bücher Saals Tom. IV. pag. 289 in notis promittunt hanc materiam peculiari opere iri pertractatum

Io. Ludov. HANNEMANNI historia de meritis Germanorum in arte medica et chemia, adepta ac vulgari.
Vid Io. Molleri Cimbria litter. Tom. II. pag. 290.

Nic. MARTINI historia iurisprudentiae Germanicae
Vid I. Mollerus loc. cit. pag. 536.

Io. Georg. LOTTERI historiola typographiae Augustanae.
Vid. Leipz. Zeit. von gelehrt. Sachen an. 1732. p. 80.

* Anton. REISERI historia litteraria et libraria Augustana.

Huius Specimen, in quo de iis agitur, qui vel ortu, vel officio et munere publico Augustani, in patria et alibi Scripta publicarant; item qui msctos codices e bibliotheca Augustana ediderunt, partim typographiis Augustanis sunt vsi, loco appendicis posterioris subiunctum videbis Reiseriano Indici msctorum bibliothecae Augustanae, edito August. Vindel. 1675. 4 Humani igitur quid passus est Beatus Reimmannus, quum in der Einleit. in die hist. litter. pag. 10. Reiserum propter hunc libellum inter Scriptores historiae litterariae vniuersalis referret. Cons. Morhofii polyhistor. Tom. I. lib. I. cap. 5. §. 16. in not.

Polycarp. LEYSERI de Augustae Brunsuico-Luneburgensis Domus in rem litterariam meritis tractatus, dissertationibus eiusdem argumenti antea euulgatis longe auctior.

Vid. eius conspectus Scriptor. editor. et edendor. pag. 7. num. XI.

Ernest. Joach. WESTPHALII historia Pomeraniae litteraria

Vid. Leipz. gelehrt. Zeitung. an. 1727. pag. 792.

Olai HERMELIN vindiciae pro ingeniis Septentrionalium, quod Studio litterarum non minus, quam armorum, sunt apta

Vid. noua litteraria maris Balthic. an. 1699. pag. 339.

Eiusdem oratio de incrementis litterarum per Septentrionem

Vid. loc. citat.

Othon. SPERLINGII collectaneorum de rebus Septentrionalium, Cimbrorum &c ad eruditam antiquitatem pertinentibus, Volumina XVII.

Vid. Alb. Thura praefat. ad ideam hist. litter. Danorum pag. 2.

Andr. BVSSAEVS de litteratura veterum Septentrion.

Vid. Daenische Bibliothec. Tom. II. p. 433.

Seuerin. LINTRVPII dissertatio de fama Danorum litteraria, contra obtrectratores exteros vindicata.

Vid. ~~Daenische Bibliothec. loc. cit.~~ nou. litter. maris Balthic. an. 1699 pag. 14.

* Thom. Broderi BIRCHEROD origines linguae Danicae
Vid. eius Specimen antiquae rei monetariae Danorum pag.
* Petr. RESENII chronologia Danico-Latina iuris ciuilis et ecclesiastici Danici, Norwegici, Islandici et Groenlandici
Vid. Io. Molleri isagoge ad historiam Chersonesi Cimbrici P. I. p. 273
* Otton. SPERLINGII historia iuris Danici
Vid. noua litterar. mar. Balthic. an. 1698. pag. 141.
* Andr. BVSSAEI dissertatio de origine et progressu iuris Danico-Norwegici.
Vid. Saenische Bibliothec. Tom. II. pag. 434.
Aemilii PORTI tractatus de manuscriptorum Graecorum abbreuiationibus.
Huius autographum se possidere profitetur Iac. Sponius in praef. ad Miscellanea eruditae antiquitatis fol. a. 3. col. 2.
* I. C. SOSTMANNI dissertatio de notis, quae in manuscriptis Graecis et ad ius Romanum spectantibus occurrunt.
Vid. Thesauri epistolici Lacroziani Tom. I. p. 339
* Iac. Frid. REIMMANNI introductio in historiam vocabulorum Graecorum, in duas partes diuisa, quarum prior continet genealogiam vocabulorum Graecorum ante N. C. posterior genealogiam vocabulorum Graecorum post C. N.
Vid. Catalogus bibliothec. Reimmannian. general. pag. 300.
Henr. STEPHANI bibliotheca primorum Graecae linguae studiorum.
Vid. eius dialog. de institut. Graec. ling. studiis pag. 95.

2.
in Asia

* Io. Christ. CLODII introductio ad historiam litterariam orientalem.
Vid. J. G. Krausii noua litterar. 1718. pag. 20. Leipz. Zeitung von gelehrt. Sachen an. 1722. pag. 440. Neuer Bücher Saal. Tom. III. p. 763
* Eiusdem ephemerides orientales
Vid. Thesauri epistolici Lacroziani Tom. I. pag. vbi operis huius conspectus his verbis describitur ipse Clodius
Praefatio agit de iusto litterarum orientali pretio statuendo ac erroribus, ex eo studio neglecto ortis per exempla nonnulla

Obseruatio I. de theologia ac philosophia orientali. Excerptum msc. cui titulus: الاخلاق رسالة الشريف في العلم seu compendium nobile doctrinae morum auctore وهو للعزيز parallelismus moralis theologiae in Sunna cum Christi ipsius praeceptis; de ethica mythica orientali; de Gulistan et Bustan; de Pidpaii fabulis ac iudicio, quod nuper Mr. de la Mothe in noua fabularum editione de iis dedit. &c.

Obseruatio II. de iurisprudentia aget et collationem nonnullorum titulorum iuris ciuilis et Mohammedici exhibebit. Recensio libri كتاب العنقاوي

Obseruatio III. de medicina orientali. Recensio libri زاد المسافر a Seebischio mecum communicandi. De Auincenna et Abendithare ac Malaiesa &c.

Obseruatio IV. de mathesi, historia, geographia orientali. De Apollonio Pergaeo Arabico. Historia Sinica Beidauii Persica. De Turcico Chronico, quod تان التوارطح

Obseruatio V. de oratoria ac poesi orientali iudicium Lamii, Hinckelmanni, de Stylo Asiatico. De homoeoptotis, an sint stili vitium, de homoeoptotis, quae lingua Hebraica et Arabica amat; de stilo historico Zimmi; de stylo epistolari, poetico, oratorio, per exempla.

Obseruatio VI. ex historia litteraria orientali disseret de viris illustribus atque errores nonnullos deteget; ex libro elegantissimo وجنة الاخبار dabo excerpta de viris orientis litteratis, atque ex Elu Chalikendare vtinam possem.

Prelo iam paratum hunc librum longe vtilissimum suis impensis excudendum renuit bibliopola Lipsiensis, Gleditschius, praetendens typos Arabicos, caussam interserens typos Arabicos et numero vix suffecturos, et vetustate vsuqz esse detritos. Vid. Thes. epistol. Lacrozian. p. 83.

Henr. Iac. von BASHVYSEN historia litteraria Iudaeorum a tempore Malachiae ad nostra vsque

Vid. G. W. GOETTEN ietz lebendes gelehrte Europa P. I. p. 480

Nicol. MOELLERI polyhistor Hebraeus

Vide eius discursum de polymathia pag. 87.

Frid. Christ. AVGVSTI commentatio de Studiis Iudaeorum hodiernis

Vid. C. A. Heumanni conspect. reip. litterar. p. 192. in notis

Iac. Frid. REIMMANNI historia litteraria Babyloniorum

Vid. Catalogus bibliothec. Reimmannian. general. pag. 300.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

Herman. CONRINGII opus de Sapientia veterum Chaldaeorum.

Vid. eius antiquitatt. academ. pag. 209. edit. nouiss. et Conringiana epistolica pag. 67.

+ Georg. Hieron. VELSCHII tractatus de litteratura orientali, siue historia Turcarum litteraria.

Operis huius Sciagraphiam, quae ex bibliotheca Vffenbachiana emtionis iure peruenit ad Io. Christoph. Wolfium (vide huius conspectum supellectilis epistolicae et litterariae, manu exaratae, pag. 279) et sub saeculi superioris exitum edita est a Rodolph. Mart. Meelführero in accessionibus ad Th. I. ab Almeloveen bibliothecam promissam et latentem pag. 169 sqq. Reic legisse fortassis non pigebit lectorem litteraturae orientalis amantem.

CAPVT. I. Praemissa quaedam ad Scripturam veterum et orientalium pertinentia. Encaustum Indicum Ebn Sinae. Atramentorum genera. Encaustica. Atramentum Sinense, Persicum, Cufense. Massula atramentariae Sinensium vulgares, regiae, draconibus insignitae, aliis animalibus notatae. Pastilli Americani. Cortex atramentarius Brasiliensis, ex Pacoseruen: alius ex Iacapucaya griseo quernus. Atramentum ex fructu Ibirabae. Aurum et argentum scriptorium. Ligneres chrysographici. Libri e foliis palmarum; ex corticibus arborum; charta Huanensis; plumbea, siue lamina Plinii. Tabulae, Granatenses. Mappae et volumina lintea et carbasina. Fasti Danica in baculis ligneis, asseribus quernis, pyraceis, laminis buxeis et tiliaceis. Fasti cornei et ossei. Coriacei libri diuersi e membranis apud Allatium. Fasti Capitolini marmorei. Ceraae, Tabulae ceratae. Buxae. Volumina inceratis. Papyrus. Charta Aegyptiaca. Tabulae ligneae rasae. Charta aurea, argentea, Amianbina, Silicea: Hispanica rosea, aurata: Caerulea, Turcarum, Mediolanensis, Sinensium, Indica alba et rubra apud Cuenaskium. Mogolensis Pergamenae aeonula. Papyrus lignea, et ex corticibus arborum in pinacotheca Archiducali. Charta arboris papyriferae apud Cluiium. Charta Holostica villosa noua, Bauarica: ex lenticula palustri siue Hydropanthesi Megapolitanorum apud Sim. Paulum. Libri elephantini. Pugillares eburnei: ligneei, argentei, aurei, gemmei, colorati, calati, cerati, gypsati. Libri lapidei. Columnae. Pyramides. Lapidariae litterae in fragmento Pseudo Petroniano. Locus eiusdem a Tilebomino tentatus, emendatus. Charta Japonica subtilior Sinensi, et tractabilis instar lintei: Maluacea vett. Aera legum. Tabulae aeneae. Libri intestinales. Homerus in intestino Draconis scriptus. Diphtherae. Palimpsestus coloratus, monstratus, pictus. Charta serica siue bombycina, Sindones Philostrati. Charta Sinensis. Macrocola Sin. apud Septalium. Volumen

plicabile Sin. praelongum apud Io. Vdalricum Mairianum. Libri pi-
acupicti, voluminis antiqui Ideae. Cylindri et vmbilici voluminum.
Charta Mexicana hieroglyphica. Americana Magnegana siue Aloetica.
Volumen Florentinum ex ligamentis sericis. Libri Malauarici. Libellus
Canariensis in foliis palmarum apud Petr. a Valle. Libelli duo Indici
litteris Naghen dictis scripti apud eundem. Scribendi ratio. Tituli mi-
niati. Chartae cedro notatae. Charta versicolor Turcica, rara, figu-
rata, undulata, marmorata, floralis, calamaris. Sententiae in eadem
artificiose effictae. Megillae Hebraeorum.

CAPVT. II. Calami Vasithenses. Καλλιγραφία Orientalium. Ma-
nuscripta quaedam elegantiora. Penicilli Sinenses. Octo Scripturae
genera apud Erpenium. Vulgare Coranicum: Persicum: Diuanicum
siue forense Turcicum: quaestorium, siue Imperatorium: diplomati-
cum et titulare: Iacutense et Resanicum: Mauritanicum: addenda
his: Cufense siue Tunetanum: Hamgarense antiquum: quadratum reti-
culare siue striatum: eiusd. Idea nunquam antehac edita. Inscriptio
Thilumiarica, siue Persepolitana. Coniecturae de lapide et figura
litterarum. Elifbejima Ambrosii Thesei, A. Roccae et Cl. Dureti pleraq;
otiose conficta. Literatura Iberica siue Georgiana. Lingua et Scriptura
Tartarica ex Sinensi et Persica mixta. Scriptura Iambolensis apud Diodor.
Siculum. Taepocon Ciceronis. Turcarum prouerbium Chataios nihil gloriosi
facere. Scriptura Vngarica ex antiqua Gethica, S. Runica. Sicula Trans-
siluanica et Hunnica nulla. Volumen Pannonicum in Bibl. Flor.
Medicea, potius Gethicum.

CAPVT III. Schediasmata quaedam Turcica a Stephano Gerlachio Cl.
allata cum versione Latina e mscto edita, in quibus historia litteraria Tur-
carum: Institutiones pueriles et iuuenum adultorumq; exercitia in
Gymnasiis. Libri praelegi soliti. Magistri, doctores, Rectores siue Mooidi,
Interpretes Corani, Musici, Legisperiti, Talismani, Mulazimi siue quiescen-
tes aut exspectantes praefecturam, siue reipublicae candidati. Imami
S. Antistites. Haereses S. Sectae. Exercitia spiritualia religiosorum. Suc-
cessiones Chalifarum; Oratores. Praesules orationum. Magistri Scholarum
siue Gymnasiarchae. Obseruatores Corani. Praeses concilii siue ὠκτο-
δόμυμα. Palatium academicum. Octoecus. Praefecturae Regiae siue
Imperatoriae varie enumeratae. Mufti Pontifex, Paedagogus Caesaris.
Beglenbegi. Quaestores curiales. Sanjatebegi. Religiosorum Sectae. Gradus
exercitiorum religiosorum. Dignationum sex discrimina. Supremus Rul-
bismus, Rutbus, Papa Turcicus, cum Pontifice Rom. nullo modo conferendus.
Foeminae etiam quaedam eruditae apud Turcas.

CAPVT IV. Lotio Turcarum Abdest dicta, Turcico Latine edita: Cere-
moniae plusquam Pharisaicae. Quaedam in illis circa easdem et corporis
partes explicita. Lotiones et lustrationes vett. gentilium et Christianorum.
Preces Turcarum. Libelli precatorii. Orationes quaedam minus protritae
Arabico Persicae. Oratio Arabico Turcica, tonitrualis dicta: alia in paruo

volumine msc. apud Cardinalem Barbadicum: Ientaculum prophylacticum. Singularia quaedam in eodem exposita: Locus apud Azizum Nesephaeum Tatarum de Spiritibus tribus in homine correctus. Tabula Elephantis Caabam adorantis et auium lapillis ~~gal~~ galeas perforantium. Iupiter lapidibus pluens. Nili fluxus sacer.

CAPVT V de Studio Turcarum politico et iuridico sigillatim quaedam dicta. Syllabus praecipuorum librorum iuridicorum apud Turcas. De Studio humanitatis et poetices ac politices apud eosdem.

CAPVT VI. De Studio medicinae apud Turcas particulatim nonnulla recensita. Authores et Scriptores Turcarabici Medici. Chirurgici, Chemici, Pharmaceutici, obiter recensiti, Hippocratis, Galeni, Aristotelis, Theophrasti Scripta ex Graecis in Arabicam linguam translata. Persarum et Arabum Scripta medica. Historia Medicorum orientalium et Fauissae Medicinae. Deductio ad praxin, methodum Medicinam discendi et docendi optima. Disputationes Medicorum ad curationem inutiles. Medici Turcarum maximam partem Iudaei: Interdum etiam Christiani. Periculosa Medicatio quae felicitate sola aestimatur. Chirurgia Turcarum. Chirurgi Ierachler. In Ephebio Imperatorio nemo curari potest absque nutu et permissu Sultani. Medicorum consilia et collegia apud Turcas. Tonsores. Methodus medendi Galenico dogmatica. Empirica Specifica: et magica siue Cabbalistica Coranica. Adiuratores. Telesmata. Scriptores Cabbalistici Muhammedici. Tabulae Granatenses. Chemica. Paracelsica in Ling. Turc. Arabicam translata Cpi. Pharmaceutica antiqua Ehasnasirae: particularis s. Topica vrbium Antidotaria vsitata. Specialia officinarum.

CAPVT VII. Studium Turcarum Mathematicum et Astronomicum. Tabulae Mogoricae & Olugbegicae. Astronomia Ebaiunis et Radizada. Ruzname Naurus. Astronomia Turcarabica Berneggeri et Schickardi. Systema Ptolomaei Instrumenta mathematica et astrologica. Astrolabium orientalium eiusque vsus. Musica Ebasinae. Geometrica, Geographica. Mechanica.

CAPVT VIII. Bibliothecae Orientales quaedam enumeratae: inprimis Arabicae, Persicae, Turcicae. Mscta quaedam rariora et elegantiora obiter indicata.

CAPVT IX. Consessus siue Sermones Abulcasimi Harirensis msc. elegantissimi apud Card. Barbadicum. Epigrammata quaedam Arabica siue Cantiunculae Halebenses latinis distichis reddita et annotationibus illustrata. Poësis Turcarabica et Turco Persida. Studium criticum et humanitatis Turcarum Arab. Persicum. Historici Turcarum. Recordatio mortis. Peregrinatio, praecones Turcici. Medenae s. turres vigilum. Rosae encomia. Ziziphus alba Columellae. Salix orientalium. Damascus. Vrbium celebrium epitheta Orient. Picta supercilia. Virgines Paradisi. Islamism. Inconstantia. Glans unguentaria. Sydera. Coelum ἔνυδρον. Lacrumae. Sydus nocturnum Vesperugo. ἀλιλάτ. Reuersio a tristibus. Modioli acceptatorii et erogatorii. Dulcamarum. Sacchari et aloes comparatio. Poetae Arabum celebriores. Oratores conuiuales. Encomiastae.

CAPVT X. Inscriptio vasis aenei antiqui Arabica explicata. Alia numi aurei prophylactici et 2 numismatum aereorum. Alia Sardonychis Scriptura tetragona. Signa terrarum Orient. genuina et Suppositizia. Bellonii credulitas et nugacitas obiter tacta. Inscriptiones acinacum et cultrorum Turcicorum. Cippi sepulchrales. Inscriptiones antiquae inuestigandae.

+ Andr. ACOLVTHI Spolia Muhammedica litteraria Arabico-Turcica, typis aeneis expressa et notis illustrata.

Vid. Catalog. vernal. Francofurt. an. 1690. et C. A. Heumanni Poecile Tom. II. pag. 546. vbi reperies Acoluthi litteras, Vratislau. d. 28 Januar. datas, quibus Gerh. Molano, Abbati Loccumensi, nuntiat, haec Spolia Muhammedica litteraria magna ex parte esse elaborata, sed augmentum et limam requirere, quam temporis penuria ipsi neget

+ Thom. BANGII trias Aegyptiacae litteraturae

Haec trias, inquit Bangius in Coelo orientis pag. 223. proponet Mercurii, Isidis Ευρήματα litteraria, Aegyptiacarum et Graecarum litterarum mutuas colonias, auctoritatem Aegyptiacorum charagmatum, eorundem σύγκρισιν, cum aliis litteris signisque religiosis, militaribus, coelestibus, nec non etymon et partitionem, tandemque hieroglyphico Heliocanthari schemate.

+ Andr. ACOLVTHI opus de verae linguae et Sapientiae Aegyptiacae restitutione.

Vid. Celeb. Heumannus loc. citat.

+ Jo. Christ. CLODII historia linguae Arabicae.

Conspectus huius opusculi talis in Leipz. gelehrt. neuen Zeitung. an. 1726. pag. 854. exhibetur. Cap. 1. de linguae Arabicae nominibus ac variis dialectis, literis antiquis, recentioribus, vocalibus &c. Cap. 2. de ortu et progressu vsque ad tempora Mohammedis. Cap. 3. de eius statu post Mohammedem. Cap. 4. de linguae Arabicae studio in Europa. Cap. 5. de grammaticis Arabicis eorumque defectibus. Cap. 6. de lexicographis Arabicis Cap. 7. de vsu huius linguae ac indole. Cap. 8. de optimis hac lingua conscriptis libris. Cap. 9. de versionibus nonnullorum eorumque naeuis Cap. 10. de stylo Asiatico et inprimis Arabico.

+ Eiusdem animaduersiones et emendationes in Gustau. Peringeri a Lilienblad historiam linguae Arabicae.

Vid. Leipz. gelehrt. Zeitung. an. 1731. p. 296. 312

+ Eiusdem manuductio ad lectionem manuscriptorum orientalium, in qua (1) de vario scripturae genere, Africano et Asiatico, ac diuersis mirisque ductibus in monetis et amuletis, mscptis vsitatis. (2) de abbreuiaturis, quas

quas حروف هتنطعة vocant, Alcoranicis et aliis (3) de terminis technicis grammaticis et reliquis agetur.
Vid. Thesaur. epistolic. Lacroziani Tom. I. pag. 80

* Gustau. Georg. ZELTNERI tabulae historiae philosophiae barbaricae.
Vid. eius vitae theologor. Altorphin. pag. 499

* Herm. Vlric. von LINGEN opus de philosophia et sapientia barbaricarum gentium, veteris et recentioris aeui
Vid. J. H. v. Seelen Athenae Lubecens. Part. III. pag. 94.

* Io. Christ. CLODII excerptum ex libello ~~inscripto~~ inscripto: نصيحن ناصه ac a philosopho celebri عطار confecto, cum praefatione de philosophia morali orientali, librisque orientalibus, Arabum, Persarum et Turcarum.
Vid. Thesaur. epist. Lacrozian. Tom. I. pag. 84.

3.

in Africa.

* Polycarp. LEYSERI historia Eruditionis Malabaricae.
Vid. eius enumeratio Scriptorum editorum elaboratorumq3, edita Argentorat. 1722. 4.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

PARS. II.

HISTORIA ERVDITORVM.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

PARS II.
HISTORIA ERVDITORVM.

Caput I.
Auctores, qui virorum eruditorum vitas generatim et coniunctim describere, aut eorundem elogia edere constitutum habuerunt.

* Iannotii MANETTI opus de illustribus viris, qui ab Adamo ad sua vsque tempora floruerunt.
Vid. P. Colomesii Italia orientalis edita a Io. Christoph. Wolfio pag. 6. in notis.

† Theophil. SPIZELII. Corpus vitarum selectarum, sive theatrum litteratorum vniuersale

* Corn. a BEVGHEM bibliothecariographia, hoc est noua et facillima methodus inueniendi quicquid ad cognitionem vniuscuiusque scriptoris eiusque scriptorum pertinere videtur.
Vid. Ant. Teissier appendix catalogi auctorum, qui librorum catalogos, virorum litteratorum elogia, vitas &c. scriptis consignarunt. pag. 7.

* Ioan. COLVMNAE opus de viris illustribus et Christianis.
Vid. Teissier loc. citat. pag. 7.

Paul. COLOMESII historia doctorum.
Vid. eius Gallia orientalis p. 148.

* Io. Henr. CVNRADI, Casp. filii, prosopographiae melicae Millenarius IV. V. VI. et VII. seu quater mille eruditorum memorabilia, epigrammatibus vnius distichi exposita, additis patria, anno et die natiuitatis et mortis aliisque.
Millenarius I. recensetur in Thesaur. Bibliothecal. Tom. I. part. 2. pag. 345. sqq.

Tres priores millenarii huius prosopographiae melicae, quibus pater Casp. Cunradus virorum, doctrina et virtute clarissimorum

vitas et famam, eadem methodo, delineauit, typis sunt exscripti prodierunteque 1 et 2 millenar. Francof. 1615. 3tius vero Hanouiae 1621 in 8. Hunc telam pertexere et ad x millenarium perducere sibi proposuerat Io. Henricus, Silesia togata, simili methodo elaborata atque opera Casp. Theophil. Schindleri, Lignicii 1706. 4. edita, celebris; sed satis d. 24 Maii 1685 praeuentus non nisi hos quatuor prelo potuit parare, qui deinceps iusto titulo peruenerunt ad Io. Burck. Menckenium, cuius vide Bibliothecam edit. nouiss. pag. 834. Historiae horum millenariorum, si lubet, lege in vita Conradi Silesiae togatae praemissa.

* Teatro d'huomini letterati Part. III. IV. V. VI. da Jerom. GHILINI.

Pars I. et II. quidem lucem adspexerunt primum Mediolani sine anno in 8 et iterum Venetiis 1647. reliquae vero nunquam publici factae sunt iuris. Sex autem partes Philinum adornasse testis est Phil. Picenellus in Athenaeo eruditorum Mediolanensium pag. 342.

* Vitae Selectae quorundam eruditissimorum ac illustrium virorum, a clarissimis viris scriptae et olim separatim editae, ob summam raritatem recudendae ac in nouum volumen redigendae.

Fore vt hoc volumen breui exerceat prelum, spem fecit Christ. Bauchius bibliopola Vratislauiensis, sub finem praefationis ad vitarum selectarum syntagma, collectum quidem a Christ. Gryphio, sed post huius demum obitum Vratislau. 1711. 8. editum.

* Io. MOLLERI biographiae scriptorum complurium, saeculi huius pariter atque superioris, immo et vtroque vetustiorum, ἐξοχωτέρων, sed hactenus minus accurate celebratorum, prolixiores, in decadas ordine congruo distribuendae.

Vid. noua litterar. maris Balthici an. 1699. pag. 26.

Valent. Ern. LOESCHERVS de familiis eruditis, nempe Annaea, Andreana, Bartholiniana, Bauhinia, Buxtorfia, Bagnagiana, Capellia, Carpzouia, Gerhardina, Hottingeriana, Langiana, Lyseriana, Marbachiana, Olearia, Stephania, Zuingerina et aliis

Vid. eius de statu progressuque scriptorum, abs se promissorum, Responsio ad Christ. Feuzelium, ad calcem huius Miscell. Sacr. et erudit. pag. 634 sq.

* Io. TECLENBVRGII bibliotheca vniuersalis, auctorum singulorum aetatem, officia, scripta et aliorum de iis iudicia exhibens

Vid. Io. MOLLERI Cimbria litterata Tom. I. pag. 674.

* Bibliotheca miscellanea, in qua virorum doctorum cuiuscunque generis, ortus, vita, doctrina, simul opera omnia recensentur, cum eruditorum iudicio ac censura &c. Auctore H. P. LIMSERIO, J.V.D.

Bibliothecae huius Specimen, vitam Dau. Ancillonii sistens, vide sis in Leipz. neuen Zeitung. von gelehrt. Sach. an. 1719. pag. 343. sq.

* Polycarp. LEYSERI Celebriorum eruditi orbis virorum Sylloge ab erroribus biographorum libera et ex fontibus primis hausta.

Vid. eius conspectus libror. editor. et edendor. pag. 8. num. XV.

* Pandocheion clarorum litteris virorum, siue onomatologus, eruditos omnis aeui, gentis, status, ordinis, sexus, eorumque vitas, fata, singularia, elogia, censuras, ordine litterarum complectens, vitam pandens ad bibliothecam vniuersalem, quale opus quondam molitus est vir celebratissimus, Mich. Neander, adumbrauit Theophil. Spizelius, magno studio, improbo labore, multis sumtibus ex variis monumentis congestum a Io. Phil. WERNERO, Northemensi, Scholae Osterodanae ad Hercyniam Rectore.

Vid. Leipz. Zeit. von gelehrt. Sachen an. 1727. pag. 373.

* Georg. Matth. KOENIGII bibliotheca vetus et noua. Editio curatior et auctior studio Io. WÜLFERI.

Vid. Io. Gottl. Olearii Diss. de biographis antiquorum Ictorum pag. 6.

* Valent. Ern. LOESCHERI Supplementum bibliothecae Koenigianae

Vid. eius paullo ante laudata Responsio de statu &c. pag. 700

Caspar. Henr. STARCKII Sylloge errorum in G. M. Koenigii bibliotheca, H. Wittenii diario biographico et M. Lipenii biblioth. real. theologic. &c. occurrentium

Vid. J. H. v. Seelen Athenae Lubecens. Part. I. pag. 336.

Io. Ant. STRVBBERG Supplementa zu dem gelehrten Lexico.

Vid. Leipz. Zeitung. von gelehrt. Sach. an. 1725. pag. 490.

* Io. Andr. SCHMIDII collectio litteraria de vitis eruditorum ad quos Mart. Lutherus epistolas scripsit,

cum indice epistolarum.

Vid. Catalogus bibliothecae Io. Andr. Schmidii, Fil. et in Acad. Iulia quondam medicinae P. P. O. pag. 91. num. 975.

* Phil. LABBE bibliotheca chronologica omnis generis Scriptorum, Sacrorum et profanorum, per saecula mundana, Romana, Christiana, seruato ordine alphabetico, eorumque morte, cum ea inuestigari potuit, charactere Italico designata.

Vid. Catalogus auctorum, qui librorum catalogos, virorum litteratorum elogia, vitas &c. scriptis consignarunt adornatus ab Anton. Teisserio pag. 275.

* Caspe. COERBERI praelectiones ad notitiam auctorum spectantes et secundum temporis seriem adornatae.

Vid. I. C. Wolfii Supellex epistol. et litteraria, manu exarata pag. 293.

* Corn. à BEVSHEIM bibliotheca chronologica nouissima, perpetuo continuanda, siue natales et emortuales anni, menses et dies doctrina, scriptis et arte quapiam clarorum virorum, qui ab an. 1501. diem suum obierunt.

Vid. Ant. Teisserii Appendix ad memoratum catalogum &c. pag. 7.

* Guil. POSTELLI vitae illustrium virorum sui saeculi et eorum maxime, qui inuenisse ea videntur, quae nunquam antea cognita creduntur.

Vid. Teisserii catalogus &c. pag. 119 et inprimis Frisium in bibliotheca pag. 310. citante Thom. Ittigio in diss. de Guil. Postello pag. 29.

* ANONYMI Succincta et erudita designatio, Gallice scripta, virorum eruditorum, qui saec. XVII in variis Europae partibus claruerunt, vsque ad annum CIↃIↃCXC.

* Christ. Gottl. VNGERI genealogiae praecipuorum virorum saec. XVII. erudizione illustrium

Vid. Leipz. neue Zeitung von gelehrt. Sach. an. 1723. pag. 679.

* Valent. Ern. LOESCHERI lexicon eruditorum recentiorum, doctos, qui ab an. 1650. vsque ad nostram aetatem in quacunque orbis parte vixerunt, eorumque vitas, inuenta et scripta ordine litterarum seruato enarrans.

Vid. eius Arcana litteraria et alii XXX libri edendi pag. 9. num. XVI.

* Les vies des Scavans les plus celebres, qui sont mors depuis le commencement du Siecle presant par Mr. HERMANT
Vid. Leipz. Zeitung. von gelehrt. Sach. an. 1718. pag. 657 sq.

* Io. Christoph. WOLFII notitia Wolfiorum, doctrina et meritis clararum
Vid. eius Supellex epistolica et litteraria &c. pag. 108.

* Polycarp. LEYSERI eruditi ex Lyseria gente, qui fama et Scriptis innotuerunt, adiunctis eorum vitae memorabilibus.
Vid. eius conspectus Scriptorum editor. et edendor. pag. 8. num. XVI.

* Hieron. IMHOFII familiae Polycarpo-Leyserianae genealogia.
Vid. I. C. Wolfius loc. cit. pag. 243.

* Georg. RITTERSHUSII notitia gentis Rittershusianae
Vid. I. C. Wolfius loc. cit. pag. 294.

* Ioan. Christoph. KRÜSIKE centuria Fogeliorum eruditione clararum.
Vid. eius vindemiarum litterar. Specim. I. pag. A. 2. col. 2 in notis

* Corn. a BEUGHEM bibliotheca chalcographica curiosa litterati et artificiosi orbis, sive manuductio ad faciliorem inuentionem omnium iconum doctrina, ingenii vel artis quapiam laude illustrium virorum, quorum icones reperiri potuerunt, additis variorum selectissimis epigrammatibus.
Vid. Teisserii Append. ad catalog. pag. 7.

Guil. FITZERI icones virorum, litteris praestantium et toto orbe fulgentium, aere ad viuum expressae
Vid. Teisserii in Catalogo &c. pag. 118. vbi se nescire fatetur, an hae imagines prodierint in publicum

Gaspa. MOLZE liber imaginum illustrium virorum, additis eorum elogiis
De quo opere, teste Simlero, typis haud expresso, vid. Teisserius l. c. p. 100.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

* Gasp. de SIGEONIBVS elogia historica principum et virorum illustrium.
  Vid. L. Allatii Apes Vrbanae pag. 167.
* Andr. BAIANI elogiorum, versu et prosa, sententiis, alliterationibus et antithetis referta
  Vid. L. Allatius loc. cit. pag. 35.
* Georg. Matth. KOENIGII elogia vel vituperia deorum, heroum, imperatorum, principum, feminarum, sanctorum et aliarum personarum illustrium.
  Vid. sign. Iac. Apini vitae philosophorum Altorfin. pag. 198.
* Andr. PLANTECOVII elogia Casp. Barthii, Thom. Bartholini, Sam. Bocharti, Ol. Borrichii, Io. Andr. Bosii, Rob. Boylaei, Ren. Cartesii, Isaac. Casauboni, Herm. Conringii, Io. Freinshemii, Io. Fred. Gronouii, Ian. Gruteri, Dan. Heinsii, Io. Bapt. Helmontii, Athan. Kircheri, Iust. Lipsii, Marcel. Malpighii, Io. Meursii, Dion. Petauii, Laur. Pignorii, Thom. Reinesii, Conr. Rittershusii, I. I. Scaligeri, And. Schotti, Claud. Salmasii, Casp. Sciopii, Io. Seldeni, Iac. Aug. Thuani, Georg. Hieron. Veldchii, Gerh. Io. Vossii
  Vid. J. H. von Seelen Athenae Lubecens. Part. III. pag. 387 sqq.
* Christoph. CRIARDAE elogia virorum illustrium
  Vid. L. Allatius loc. cit. pag. 87.
* Ioan. RO elogia virorum illustrium.
  Vid. L. Allatius loc. cit. pag. 230.
* Ferdin. CAROLI elogia virorum belli ac pacis artibus ipsius aeuo clarorum.
  Vid. L. Allatius loc. cit. pag. 129
* Paul. BOMBINI elogiorum centuriae tres, de viris suae aetatis illustribus.
  Vid. L. Allatius loc. cit. pag. 298.

Caput 3.

Auctores, qui Scientiarum habita ratione de Satis Scriptisque virorum eruditorum Scribere animum induxerunt.

I.

Artifices.

* Io. Frid. CHRIST critisches Kunstler Lexicon, darin die Leben der Künstler, nebst ihren Verdiensten und Wercken beschrieben werden.
  Vid. Francksche acta erudita et curiosa, 3 Samlang. num. 12. et 5. Samlang. num. 7 quo posteriore loco lexici huius promissi exstat Specimen, vita nempe Luc. Cranachii, pictoris celeberrimi
* Io. BRICCII vitae pictorum, Sculptorum et architectorum illustrium, antiquorum et modernorum, usque ad Mich. Ang. Buonarotam.
  Vid. A. Teissierii ductarium catalogi auctorum, qui libror. catalogos &c. Scriptis consignarunt, pag. 130.
* Ludov. Iac. a S. CAROLO bibliotheca typographorum, Scriptis propriis clarorum
  Vid. A. Teissierii catalogus &c. pag. 224.
+ Georg. Math. KOENIGIUS de claris typographis
  Vid. Sig. Iac. Apini vitae philosophorum Altorfinorum pag. 198.
+ Valent. Ern. LOESCHERI libellus de claris typographis, Iuntis, Manutiis, Stephanis, Wechelii, Aniisonii &c. Acced. clari correctores, Erasmus, Gerbelius, Gelenius Sylburgius, Pulmannus, Giselinus, Threcius alqz alii, nec non illustres officinae et theatra typographica
  Vid. eius de statu progressuque Scriptorum, abs se promissorum Responsio ad Christ. Feustelium, sub finem huius Misc. Sacr. et erudit. pag. 683
+ Liebmann. Phil. ZEISOLDI vitae bibliopolarum et typographorum.
  Vid. Io. Petr. Kohls Hamburgische Berichte an. 1735. pag. 429

* Andr. PLANTECOVII de vitis Manutiorum liber singularis
Vid. J. H. von Seelen Athenae Lubecens. P. III. pag. 388.

* Theod. Jans. ab ALMELOVEEN historia Stephanorum altero tanto locupletior
Vid. Herm. Sam. Reimarus de vita & scriptis Jo. Alb. Fabricii cap. III. pag. 216 sq.

* Henr. Corn. ARENDT tractatus de Signis typographicis.
Vid. Jo. Ludolph. Bünemanni notitia Scriptorum, artem typographicam illustrantium P. I. pag. 8.

* Jo. Christ. KOCH commentatio de Symbolis et Signis typographorum.
Vid. Cel. Bünemannus loc. cit. pag. 30.

* Jo. Gottlieb KRAUSE de Signis et insignibus typographorum.
Vid. idem ibidem pag. 31.

* Matth. Henr. SCHACHTII bibliotheca musica, sive musicorum clarissimorum eorumque Scriptorum recensus alphabeticus.
Vid. noua litterar. maris Balthic. an. 1699. pag. 186.

2.

Philologi

* Mart. FOSELII historia philologorum.
Vid. Morhofii polyhistor Tom. I. lib. I. cap. 7. §. 43.

* Georg. Henr. GOETZII centuria noua memoriae philosophorum, oratorum, poetarum, philologorum et historicorum renouatae
Vid. Jo. Molleri Cimbria litterata Tom. II. pag. 241.

* Memoriae philosophorum, oratorum, poetarum, historicorum et philologorum renouatae cura Frid. Casp. HAGEN, Decas III. IV. V. VI. VII. VIII. VIIII. X.
Spem harum decadum facit ipse Hagenius in praefatione cent. I. et 2 circa finem

* Petr. CRINITI vitae grammaticorum Latinorum.
Vid. G. I. Vossius de historicis Latinis lib. III. cap. 12. pag. 673.

Laur. LEGATI Athenaeum poetarum. Tom. IV.
Vid. Gregor. Leti Italia regnante Part. IV. pag. 195 et Bibliotheca Aprosiana pag. 90. vbi ex hoc opere msc. proferuntur versus nonnulli, quibus adducor ad coniiciendum, forte ligata oratione esse conscriptum

* Christ. DAVMII opus de vitis poetarum.
Vid. C. Feustelii ad Henric. Pippingium Schediasma de eruditorum Germanorum vitis &c. pag. 2 sqq.

+ Georg. Mathiae KOENIGII Syngramma de poetis Graecis, Latinis, antiquis et recentioribus, cum eorum scriptis
Vid. Sigism. Iac. Apini vitae philosophor. Altorfinor. pag. 197.

* Polycarp. LEYSERI historia poetarum Latinorum medii aeui, Editio secunda auctior et emendatior.
Hanc molitum esse τὸν μακαρίτην coniicere licet ex amplissimis accessionibus manu ipsius adiectis primae editionis exemplari, quod emtionis iure possedit Christ. Breithaupt, orator et poeta Iulius

* Mart. FOGELII historia geographorum
Vid. Morhofius loc. citat.

* Petr. CRINITI vitae historicorum Latinorum.
Vid. Vossius loc. citat.

3.

Philosophi

* Georg. Henr. GOETZII elogia philosophorum
Vid. Leipz. Zeitung von gelehrt. Sach. an. 1715. p. 96.

Mart. FOGELII historia physicorum
Vid. Morhofius loc. cit. et V. Placcius de pseudonymis cap. 4. pag. 39. edit. primae

Eiusdem historia mathematicorum praeterita
Vid. Morhofius loc. cit.

4.
Medici

* Io. BARTHOLOMAEI elogia medicorum
Vid Teisserii Catalogus pag. 165.

* Henr. BLACVODAEVS de claris medicis
Vid. Teisserius loc. cit. pag. 122

* Bibliotheca auctorum medicorum vniuersalis, qua eorum omnium, qui siue in medicis proprie sic dictis, siue in chymicis, siue in chirurgicis, siue in anatomicis, siue in botanicis ac tota materia medica, seu potius historia naturali, ad illam spectante, aliquid ad nostrum vsque aeuum commentati sunt, et vitae, et opiniones particulares, et varia scripta variaeque editiones ordine alphabetico recensentur.
Vid. Leipz. Zeitung von gelehrt. Sach. an. 1717. pag. 605.

* Casp. PEVCERI vitae illustrium medicorum.
Prodiisse hoc opus ἀνονυμῶς Argentorati 1571. refert quidem Melch. Adamus in vitis medicorum Germanorum p. m. 390. quoniam vero nec ipsi Adamo, nec aliis videre contigit, non immerito dubitat J. Frid. Reimmannus in der Einleit. in die hist. litter. Vol. 1. pag. 283 an vnquam lucem adspexerit.

* Io. Henr. MEIBOMII commentarii de vitis medicorum
Vid Henr. Meibomii de medicorum historia scribenda Epist. ad Georg. Hier. Velschium, edit. Helmst. 1669. 4 qua horum commentariorum synopsis exhibetur promittiturque editio. Quamuis autem eos in hoc vsqz tempus frustra exspectauerit orbis eruditus: spes tamen nunc est Henr. Io. Meibomium, archiatrum Guelficum, egregium hunc proaui sui fetum, post multam illam diuturnamque cum tineis et blattis luctam, in lucem publicam esse vindicaturum; quod vt quantocyus fiat optamus peroptamusque

* Histoire des medecins celebres par Guy PATIN
Vid. Melanges d'histoire et de litterature recueillis par Mr. de Vigneul-Marville. 1 volume pag. 31.

* Thom. REINESII historia illustrium medicorum
Vid. eius Epistolae ad Casp. Hofmannum et Christ. Ad. Rupertum. p. 270. et 579

* Phil. LABBEI historia medicorum
Huius ἀποσπασμάτιον quoddam est eius vita Galeni. Vid. Henr. Meibomii epistol. citat. pag. B. col. 1.

Georg. Hier. VELSCHII idea chronologiae medicorum.
Vid. Schroeckii memoria Velschiana pag. 56.

Mart. FOGELII historia medicorum praeterita
Vid. Morhofii Polyhistor Tom. I. lib. I. cap. 7. §. 43.

* Thom. BARTHOLINI bibliotheca anatomica omnium prosectorum, tam veterum quam recentiorum scripta, inuenta, vitas et effigies, quas nanciscl licuit, breuiter complexa.
Vid. eius dist. de bibliothecae suae incendio pag. 70. edit. nouiss.

* BOURDELOTII opus de vitis medicorum.
Vid. M. Clerc preface dans l'histoire de la medicine

* Aegid. MENAGII veterum medicorum historia
Vid. Catalogus operum eius msctorum et promissorum subiectus Memoires pour servir à la vie de Mr. Menage, quae exstant in fronte Tom. I. Menagiorum edit. Paris. 1715. 8.

* Memoriae medicorum clarissimorum renouatae cura Frid. Casp. HAGEN.
Promittuntur in pref. centur. I. et 2. Memor. Philosoph. praemissa

* Io. Frid. LEOPOLDI catalogus medicorum saec. XVII. scriptis clarorum.
Vid. Io. Molleri Cimbria litterata Tom. I. pag. 342.

* Io. Iac. SCHEVCHZERI bibliotheca botanico-mineralogica sive vitae et scripta auctorum botanicorum, mineralogicorum et zoologorum
Vid. Miscellan. Lipsiens. Tom. VIII. pag. 155

* Io. Herm. FVRSTENAVII vitae medicorum, ex recenti maxime memoria illustrium decades duae, cum praefatione de insigni vtilitate historiae litterariae medicae
Vid. Ib. Petr. Kohls Hamburgische Berichte an. 1735. pag. 77.

* Eiusdem oratio de illustribus medicorum familiis, habita in actu doctorali 1724.
Vid. idem ibid.

5.

Iurisperitorum.

* BALDVS, Perusinus, de commemorationibus famosissimorum doctorum in vtroque iure

Vid. M. Neander in praef. ad erotemata linguae Graecae pag. 157.

Thom. DIPLOVATACII libri de claris Iurisconsultis

Plerique omnes, qui huius operis, quod vtrum perierit dudum, an alicubi a dracone litterario custodiatur, haud constat, meminerunt, nempe Mich. Neander loc. citat. Phil. Labbeus in Bibliotheca Bibliothecarum pag. 337. Ant. Teisserius in Catalogo &c. pag. 304. Iac. Frid. Reimmannus in der Einleitung in die Hist. litter. Vol. I. pag. 275. Io. Alb. Fabricius Bibl. Graec. Vol. X pag. 502 et ceteri, laudati a Io. Gottl. Oleario in diss. de biographis antiquorum Ictorum pag. 23 eius titulum sic exprimunt: Th. Diplouatacii libb. XII. de praestantia doctorum et clarissimis Ictis. Ipse autem Diplouatacius in vita Bartoli Icti citat librum nonum operis sui de claris Ictis, eumque diserte distinguit a tractatu de praestantia doctorum. Laudatam Bartoli vitam legendam exhibet I. A. Fabricius Biblioth. Graec. Vol. XII. pag. 555. qui eam procul dubio petiit ex diplouatacii comment. de testibus, cum vita Pauli Castrensis, Iasonis Mayni et Bartoli de Saxoferrato edit. Coloniae 1596. 4. Ceterum digna putamus, quae hic legantur optimi Fabricii, praeceptoris quondam nostri longe fidelissimi, in cuius morte non solum res litteraria, sed et candor, et pietas et comitas damnum passa est ferme irreparabile, verba Biblioth. Graec. Vol. XII. l. c. exstantia: Opus de claris Ictis non exstare valde dolendum esse mecum existimabit, qui vitam Bartoli, ab eo traditam, cognouerit. Etsi enim Spinosius paullo atque incultius scripta est, tamen ex diligentia, quam in ea auctor adhibuit, apparet, de Ictis suae maxime aetatis, et aliquot ante se saeculorum multa eum nos fuisse edocturum, quae nunc omnes fugiunt.

* Henning. WITTEN memoriae iurisconsultorum renouatae semicenturia

Vid. Bibliotheca Menckeniana pag. 835. edit. nouiss.

† Ottonis SPERLINGII index Scriptorum iuridicorum, Ictorum vitas simul continens.

Vid. noua litteraria maris Balthic. an. 1698. pag. 141.

* Aegid. MENAGII veterum Ictorum historia.

Vid. Catalog. operum a Menagio elaboratorum et promissorum, qui exstat in fronte Menagianorum Tom. I. Ipse Menagius in dedicatoria epist. ad Ludou. Nublaeum, praemissa Amoenitatibus iuris, hanc historiam volumen grande, quod breui ad finem non liceat perducere, vocat.

* Vitae clarissimorum ICtorum, Aemyl. Ferreti, Hug. Donelli, Guil. Marani, Iani a Costa, Franc. Florentis &c. Decas secunda ex recensione et cum notis Frid. Iac. LEICKHERI.
Decas prima prodiit Lips. 1686. 8. in cuius praefat. haec secunda promittitur.

* Georg. Gottfr. SCHWENDENDOERFFERI vitae celebrium iurisconsultorum.
Vid. Io. Georg. Eccard. monatl. Auszug an. 1700. pag. 639

* Christ. THOMASII historia iurisconsultorum et interpretum.
Vid. praef. der kleinen Teutschen Schriften. Halae 1707. 8.

* Memoriae ICtorum clarissimorum renouatae cura Frid. Casp. HAGEN.
Promittuntur in praefat. ad centur. 1. et 2. memoriar. philosoph.

* Georg. Christ. GEBAVERI vitae celeberrimorum ICtorum
Vid. G. W. Goettens ietztlebendes gelehrte Europa. Tom. 1. pag. 557.

6. Theologi

† S. HIERONYMI libellus de illustribus ecclesiae doctoribus, cum msctis collatus, emendatus et notis illustratus studio Henr. ERNSTII.
Vid. W. E. Tentzels monatliche Vnterredungen an. 1692. pag. 584 sqq. vbi cetera quoque Ernstii scripta partim perfecta, sed inedita, partim affecta recensentur.

* Io. de QVEDLINBORCH vitae Patrum, duobus tomis inclusae
msc. asseruantur in bibliotheca Traiectina, teste Ant. Teisserio in Appendice catalogi &c. pag. 19.

Iacob. VSSERII bibliotheca theologica, siue opus de scriptoribus ecclesiasticis
Vid. Acta eruditor. an. 1690. pag. 77.

* Ioach. HILDEBRANDI historia Patrum et Doctorum a nato Christo vsque ad reformationem.
Vid. catalogus bibliothecae Io. Andr. Schmidii, Med. Doct. et in Acad. Helmst. P. O. pag. 47. et Conf. Io. Iust von Einem commentar. de vita et scriptis Ioach. Hildebrandi pag. 85.

* Dictionaire des auteurs ecclesiastiques, contenant en abregé la vie des plus celebres, un jugement sur leur

* Remarques sur la bibliothéque des auteurs ecclesiastiques de Mr. Dupin par Jacq. Benigne BOSSVET
Vid. l'Abbé Lenglet pag. 370 du 2 Vol. in 4° de sa methode pour l'histoire
of. Bibliotheque des auteurs de Bourgogne par l'Abbé Papillon Tom. I. pag. 72

style, le catalogue de leurs ouvrages et un denombrement des differentes editions que l'on en a fait par le P. HERMANT

Vid. Leipz. Zeitung. von gelehrt. Sach. an. 1718. pag. 657.

* Joh. WIGANDVS de claris viris theologis.

Msc. asseruatur Regiomonti in bibliotheca Senatoria. vid. Leipz. Zeit. &c. an. 1731. pag. 237.

* Jacob. CLAVDERI memoriae doctorum theologiae Lutheranorum

Vid. H. Pippingii praefat. ad Sacr. decadum septenar. memoriam theologor. clar. exhibent. p. XXXI.

* Jo. Frid. HEKELII theologorum euangelicorum vniuersalis historia.

Vberiorem instituti huius notitiam dedit ipse Hekelius in peculiari epistola ad Vit. Ludou. a Seckendorf scripta et Cygneae 1677. vulgata, ex qua, quoniam Hekeliani libelli, vtpote propriis auctoris sumtibus impressa, rarenter obuia sunt (vid. Groschuuius in praef. de libris raris pag. 36.) non piget ea hic in medium afferre, quae ad oeconomiam memorati operis penitius intelligendam faciunt. Sic autem ille pag. 5 sqq. „Foetus meus, inquit, si sese exposuerit omnium aspectui, huius erit indubitato „προσώπου, vt videlicet capitis loco antecedentia inceptae meae historiae, „corporis autem historiam ipsam, et pedum tandem ipsius consequentia καδ„δύναμιν praesentauerit.

„In antecedentibus quam prolixissime agetur

„I. de admiranda religionis nostrae euangelicae origine eiusdemqz haud „infelici progressu, ac detestando lacrymisque plane sanguineis indesinenter „deplorando contemtu vel abusu &c.

„II. Iisdem immiscebitur B. DN. D. Mart. Lutheri vita, e multis virorum „illustrium scriptis collecta studiosissime.

„III. Denominabuntur omnes sectae ac haereses, quas Satanas, male„dictus ille omnium malorum seminator, clare oriente crescenteque „lucentis euangelii luce, in omnem ferme huius vniuersi angulum ex „infinito in fideles odio sparsit, eademqz de causa vbique locorum adhuc „spargit, ne triticum vtilissimum sit vnquam nociuo absque lolio.

„Et quoniam videtur impossibile, istorum praeprimis, pestis inclemen„tia qui sunt abrepti, vitas plenissime nancisci me posse, non inutile esse „autumo, si fieret generalis quaedam mentio omnium ac singulorum „Eusebies illibatae virorum, qui in Academiis partim olim, partim „vero etiamnum euangelicis, Argentoratensi videlicet, Erfurtensi, Gis„sensi &c. doctorali eximie sunt insigniti pileo, modo ne meo aliquid

„edet operi, quod eidem titulo maculam quandam inferre possit &c.
„Ipsa Historia ipsos describet theologos hoc modo, ut nimirum (potissi-
„mum) attenderit 1. vniuscuiusque vitae ingressum. 2. progressum et
„3 tandem egressum.
„Iste in se comprehendet legitimam atque optatissimam cuiuslibet
„generationem et quidem
„1. quoad verissimam parentum maiorumque vtriusque sexus enume-
„rationem
„2. quoad accuratissimam ipsius generationis temporis illarumque rerum,
„quae natiuitatem solent nonnunquam prodigiose praecedere, notationem, et
„3 quoad decentissimam patriae, quae vel generalis, vel specialis, imo aliquan-
„do etiam erit specialissima, commendationem.
„Ille tradet
„1. fidelissimam educationem, quae considerabitur vel circa personas edu-
„cantes, vel circa personam educandam
„2. felicissimam omnis generis bonorum acquisitionem, consistentem (1)
„quoad animum et in perfecta eruditione, ceu matre omnium scriptorum,
„quae a tanto viro quodam luci donata publicae; quorum, si possibile, et mi-
„nimi semper honorifica fiet suo loco mentio: et in perpetua virtutum, qua-
„rum princeps pietas, exercitatione: (2) quoad corpus vel in praecaledo ro-
„bore, vel conuenienti statura, vel aptissima membrorum compositione, vel
„bona valetudine
„3. gloriosissimam honorum academicorum consequutionem
„4. laudatissimam munerum publicorum functionem,
„5. suauissimam cum foemina bonae famae coniunctionem.
„6. numerosissimam liberorum ingenui vultus ingenuique pudoris pro-
„creationem
„7. aequissimam aequarum opum diuitiarumque benedictionem
„8. opportunissimam prosperorum moderationem
„9. grauissimam diabolii, mundi ac carnis nostrae concupiscibilis tenta-
„tionem
„10. ardentissimam in aduersis orationem, atque
„11. pientissimam ad mortem vsque meditationem.
„Hic autem praedicabit.
„1. aequissimam variorum morborum tolerationem
„2. modestissimam gratiarum in hac vita a Deo, parentibus, singulisque
„fauitoribus beneficiis actionem.
„3. promtissimam terrenorum contemptionem
„4. dulcissimam coelestium ac vitae aeternae appetitionem
„5. tristissimam amicorum inter se inuicem valedictionem
„6. placidissimam animae e corporis vinculis dissolutionem.
„7. splendidissimam funeris exequiarumque curationem.

" 8 florentissimam virtutum, nominis ac famae post mortem celebra-
" tionem, et tandem
" 9 diuersissimam relictorum conditionem
" Et haec omnia erunt aliquando cum deo sic elaborata, vt dictio aperta
" et ciuilis, elocutio, quae multa exercitatione, labore assiduo ac vete-
" rum imitatione semper acquirenda est, lenis et modesta; oratio autem
" sine figuris ambitiosis, affectatis atq; molestis vndique apparet &c &c.
Dehinc enumeratis CCLXXX theologorum vitis ad ipsius manus delatis,
indicatisque iis, quorum historiam requiuerit nanciscl, sic pergit pag. 20
" Consequentia inter alia erunt 1. laetissima laboris mei conclusio, con-
" nectenda cum humillima quadam gratiarum actione, quod benignitas
" dei inestabilis ad tantum opus feliciter perficiendum vires intenerrimas
" mihi peccatori ex gratia concedere voluerit. Nam quod eiusmodi labor
" minime leuis, facilis et puerilis sit, mecum affirmabunt illi, qui multo
" leuiora nonnulla eo, optime aliquando consumenda, in se libenter suce-
" perint. Deinde calidissimum toto e corde votum fundetur, vt celeberrima
" ecclesiae orthodoxae promachorum ex voto tum superstitum, qui iuxta
" alphabeti ordinem lectori indicabuntur, nomina in eiusmodi dilbum,
" cedrinum quasi, sero referentur; praeprimis quod illorum vox est cano-
" ra tuba illa, qua immanes hostes nostri sua a tyrannide persae pe de-
" terreri et procul a nobis, astante toto Cherubinorum ac potestatum exer-
" cita, facillime depelli possunt. Porro aderit etiam omnium scriptorum, a
" tot tantisque theologis hoc et superiore saeculo publicatorum, catalogus,
" isque secundum ordinem locorum theologicorum Hutterianorum, ita studiose
" instructus et dispositus, vt studiosa pubes tandem in tabula quasi thetica,
" polemica, exegetica ac practica illa habeat, queis viris litteratissimis non
" sine dolore tamdiu carere omnino fuit necessum. Tum enucleabitur theolo-
" gia moralis quaedam, quae docebit, impossibile esse, summum theologorum
" quoque in omni virtutum genere in hoc perfecto imperfectitudinis sche-
" mate prae ceteris excellere posse. Ideoq; per locos communes ethicos o-
" stendet prolixissime, quomodo hic pietate, iustitia atque temperantia
" ille candore fidelitate, atque liberalitate; iste autem modestia, patientia,
" atque mansuetudine, ceteros anteiuerit, modo vt cuiuis Christianorum
" hominum sit, quod partim valde admiretur, partim quoque omni humi-
" liter imitetur tempore. Nam nullus fortunae atque infortunii casus,
" nulla laetitiae atque tristitiae hora, nullum constantiae atq; inconstantiae
" punctum, sine monumentum, nullum amicitiae atq; inimicitiae signum
" vbique terrarum ac gentium ferme potest fieri, iuminere, ab vllo vn-
" quam excogitari, nostrisque oculis subiici, quod ex theologorum vitis
" vberrime nobis non possit suppeditari. Vltimo concinnabitur index
" copiosissimus, ne corpus sine anima aliquando prodeat, fructusque
" sine succo decerpentibus porrigatur.

* Jo. Anton. STRVBBERGII bibliotheca vniuersalis theologorum ecclesiae Lutheranae

Huius instituti, quod ob praematuram Strubbergii mortem successu caruit, rationem ipse exposuit auctor primum in dem Sendschreiben von einer unter Haenden habenden ausführlichen und unpartheiischen Historie der Lutherischen Theologen von der Reformation biss auf jetzige Zeit. Lemgou 1725. Vid. Leipz. Zeitung. von gelehrt. Sach. an. 1725. pag. 489 sq. et deinde alio scripto, cui titulus: Index theologorum Euangelico-Lutheranorum chronologicus, sistens a tempore reformationis ad nostra vsque tempora illorum nomina, patriam, officia et annos emortuales, prodromi loco bibliothecae vniuersalis theologorum ecclesiae Lutheranae suo tempore, diuinis auspiciis, luci donandae publicae, ita concinnatus. Praemissa est allocutio epistolica ad eruditos hist. eccles. et litteran. cultores, qua ipsis consilium de scribendis atque edendis theologorum vitis iterum exponit, eorumque consilia et obstetricantes manus denuo humillime exponit. Lemgouiae 1727. 8.

* Georg. Henr. GOETZII elogia theologorum

Vid. Leipz. Zeit. von gelehrt. Sach. an. 1715. pag. 96. Jo. Molleri Cimbria litter. Tom. II. pag. 241

* Henning. WITTEN memoriae theologorum nostri saeculi clarissimorum renouatae semicenturia.

Vid. Bibliotheca Menckeniana pag. 835. edit. nouiss.

* Christ. Frid. WILISCH continuatio memoriarum theologorum celebrium, a Wittenio et Pippingio editarum

Vid. Leipz. Zeitung. von gelehrt. Sach. 1721. pag. 824.

* Sebast. NIEMANNI vitae theologorum saec. XVI. Lutheranorum

Vid. Jo. Molleri Cimbria litter. Tom. I. pag. 467.

* PANTKE historia theologorum saec. XVII vniuersalis, ipsorum 1. vitas, 2. memorabilia, 3. scripta, et 4. de his iudicia fusius enarrans.

Eius, tanquam affectae, mentionem faciunt auctores des neuen Bücher-Saals der gelehrt. Welt. Tom. I. pag. 500

* Casp. Henr. STARCKII tabulae genealogicae praecipuorum saec. XVI. et XVII. theologorum, addita vbique illustrationis gratia vniuscuiusque vitae et

Scriptorum breui delineatione.
Vid. J. H. v. Seelen Athenae Lubecenses Part. II. pag. 336.

* * *

* Georg. Math. KOENIGII Historia pontificia, Siue de vitis pontificum Romanorum.
Vid. Sigism. Iac. Apini vitae philosophorum Altorfinorum. pag. 195.

* Andr. VICTORELLI vitae, Siue elogia historica nonnullorum Cardinalium S. R. E.
Vid. L. Allatii Apes Vrbanae pag. 39

* Ferd. VGHELLI Romanorum Pontificum et S. R. E. Cardinalium vitae, in epitomen redactae, in quibus, praeter innumeros Ciacconiani operis errores sublatos, plurimorum Cardinalium nomina, cognomina, patriae, stemmata, et tituli, creationis obitusque dies verissime recensentur, quorum certa apud recentiores auctores non extat memoria
Vid. L. Allatius loc. citat. pag. 131.

* Ludou. Iac. a S. CAROLO Bibliotheca Cardinalitia
Vid. Morhofii Polyhistor. Tom. I. lib. I. cap. 17. §. 13. Bibliotheque des auteurs de Bourgogne Tom. I. pag. 328.

* Io. GRESHEREN Historia virorum illustrium ordinis S. Benedicti.
Msc. asseruatur in bibliotheca Vindobonensi teste Ant. Teisserio inuctario Catalogi &c. pag. 148.

* Bernard. PEZ bibliotheca Benedictina generalis
Vid. J. G. Krausii noua litteraria an. 1718. et neuen Bücher-Saal der gelehrt. Welt Tom. II. pag. 234 sqq. vbi pluribus hoc de instituto disseritur

* Ferdin. VGHELLI libb. XX. de viris illustribus ordinis Cistercienses.
Vid. L. Allatius lib. cit. pag. 131.

* Eiusdem illustrium Scriptorum ordinis Cisterciensis Centuria prima.
Vid. L. Allatius. ibid.

* Petr. SESVINI bibliotheca Scriptorum ordinis Cisterciensis.
Huius opusculi, vltimam haud experti limam, autographum quondam fuisse apud Angelum Manriquez, Episcopum Pacis Iuliae, siue Augustae, in Hispania, refert Ant. Teisserius Catalog. pag. 227.

Nicol. RICCII liber de viris illustribus Sacri Cartusiensis ordinis.
Hunc a Seuero de Neapoli, monacho Cartusiae Neapolitanae, emendatum in eadem vrbe apud S. Martinam asseruari, testem habemus laudatum Teisserium lib. cital. pag. 247.

* Vincent. MANERII liber de viris illustribus ordinis Cartusiani
Asseruatur in eodem monasterio Neapolitano, teste eodem lib. cit. pag. 312

Seuer. TRAPAGLIO de viris illustribus Cartusiensis ordinis libellus, collectus ex variis monumentis primum a Nic. Riccio de Taberna, professo Cartusiae S. Stephani de Bosco.
Exstat ibidem, teste eodem, pag. 290.

* Arnold. BOSTII liber de illustribus viris ordinis Carmelitani
Ex Bosto, cuius msc. fuit olim apud Lud. Iac. de S. Carolo, multum esse mutuatum Petr. Lucium in Bibliotheca Carmelitana, Florentiae 1593. 4. edita, obseruat Teisserius lib. cit. pag. 30.

* Laurent. BVRELLI Eliades, siue opus de illustribus viris ordinis Carmelitarum et in laudem Eliae
Msc. haberi in variis bibliothecis docet idem lib. cit. pag. 215.

* Augustin. BISCARETI liber de Scriptoribus Carmelitanis
Vid. Teisserius loc. cit. pag. 33.

* Angel. SAHARRO de illustribus viris ordinis Carmelitani
Extare dicitur apud Carmelitas Barcinonenses, teste eod. pag. 19

* Ludou. Iac. a S. CAROLO Bibliotheca Carmelitana
Vid. Idem pag. 224. 35. Bibliotheque des auteurs de Bourgogne Tom. 1. pag. 327 vbi titulus sic exprimitur: Athenaeum Carmeliticum, in que elogia autorum Carmelitarum Cabilone quiescentium continentur secundum opera eorum 1631. 2 vol. 4

* Anastas. a S. AGNETE de Scriptoribus ordinis Excalceatorum.
Vid. Idem pag. 12.

* Fulgent. PASSARETTI Bibliotheca Eremitana.
Vid. Idem pag. 96.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

* Fulgent. PASSARETTI Cron. Historia Carbonaria, in qua agitur de viris illustribus conuentus S. Iohannis e Carbonaria
  Ibidem
* Petr. a S. CAECILIO de Scriptoribus ecclesiasticis nonnullis aliisque viris illustribus ordinis Redemptorum B. Mariae de Mercede
  Vid. Tei Perü auctarium catalogi pag. 227
* Philip. BONANNI bibliotheca Societatis Iesu.
  Vid. J. G. Eccard monatlich. Auszug. an. 1702. mens. Maio pag. 93. et Memoires de Trevoux Jan. et Fevr. 1702. pag. 100.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

Caput 3.

Auctores, qui consilium ceperunt certae nationis, prouinciae vel vrbis eruditorum vitas edendi

* Phil. LABBEI bibliothecae geographicae eruditi orbis ab Adamo vsque ad an. 1501. in decem libros distributae liber 1. Graecia erudita cum vicinis insulis et Thracia, Dalmatia &c. liber 2. Asia erudita; liber 3 Africa erudita; liber 4. Hispania; liber 5. Italia liber 6. Gallia &c.

  Vid. A. Teisserii Catalogus &c. pag. 275

* Io. Henr. SCHVLZII geographia litteraria

  Vid. Io. Iac. Baieri vitae medicorum Altorfinorum pag. 195. et G. W. Goetzens Jetztlebendes gelehrte Europa P. 1. pag. 440.

* ANONYMI liber in tres partes distinctus, quarum 1. complexa emblemata, quibus vtantur typographi in Germania in fronte librorum suorum; 2. exhibet emblemata typographorum Gallorum; 3. quibus typographi in Italia vtuntur.

  Eum vndedit olim Io. Iac. Baierus, Med. Doct. et Prof. Altorfinus. Vid. J. L. Bunemanni notitia Scriptorum, artem typographicam illustrantium Part. II. pag. 8.

I.

Europaei

Ander

* Io. Franc. de VSTARROZ bibliotheca Scriptorum Arragoniae

  Vid. Teisserii Auctarium catalogi &c. pag. 142

* Mart. de XIMENES catalogus alter virorum pietate et litteris illustrium dioecesis Giennensis.

  Teste Teisserio loc. cit. pag. 200 pars huius catalogi prima prodiit Madriti 1654. fol. sub titulo: Catalogo de los Obispos de las Iglesias de la diocesis de Jaën, y annales ecclesiasticos de su Obispado

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

certae nationis, prouinciae vel vrbis promissae

* Philip. LABBEI Gallorum atque Francorum, libris in lucem editis, illustrium chiliades historico-chrono-geographicae, in tres partes distributae. I. ante Saec. 16. II. Saec. 16. III. Saeculo labente 17.
  Vid. Teisserius loc. citat. pag. 142.
* Petr. RICHELETI vitae grammaticorum Gallorum.
  Vid. Teisserii auctarium catalogi &c. pag. 226.
* Guill. COLLETETII Vitae poetarum Gallorum et plurimorum illustrium virorum
  Vid. Teisserii catalogus &c. pag. 117
* Renati MORAEI liber de illustribus medicis Parisinis.
  Vid. Val. Henr. Vogleri introduct. in notit. vniuersal. bonor. Scriptor. pag. 8.9. I. F. Reimmanni Einleit. in die hist. litt. Vol. I. pag. 358.
* CASENOVE liber de lingua Prouincialia eiusq; poetis
  Vid. Teisserii auctarium catalogi &c. pag. 37.
* Ludou. MORERI historia virorum illustrium Prouinciae
  Imperfectum hunc librum relictum esse, auctorem habes toties laudatum Teisserium loc. cit. pag. 191.
* Histoire des hommes illustres de Provence, qui se sont distinguez par leurs Sainteté, par leurs Savoir, par leurs emplois et par leurs habilité dans les beaux arts, depuis le Siecle d'Alexandre le Grand jusqu'a present. Avec les dissertations et des notes par le R. P. BOUGEREL
  Vid. Leipz. Zeitung. von gelehrt. Sach. an. 1719. pag. 73 sqq.
* Ludou. Iac. a S. CAROLO de Scriptoribus aeduenibus
  Vid. Teisserii catalogus loc. cit. &c. pag. 224.
* Aegid. MENAGII vitae illustrium andegauensium
  Vid. Teisserius loc. cit. pag. 5.
* Franc. GRAVEROLII bibliotheca Occitaniae
  Vid. Teisserii catalogus &c. pag. 87.
* Ludou. Iac. a S. CAROLO bibliotheca Burgundica
  Vid. Teisserius loc. cit. pag. 224.

+ Paul. COLOMESII Anglia orientalis, siue Anglorum, qui linguam Hebraeam, vel alias orientales excoluerunt vitae.
Vid. eius praefat. Galliae orientali praemissa

+ Eiusdem Belgium orientale, siue Belgarum, qui linguam Hebraeam vel alias orientales excoluerunt vitae
Vide eum loc. cit et Rud. Mart. Meelführerum in accessionib. ad Almeloueenianam Biblioth. latent. et promis. pag. 19 cui Gothofr. Thomasius retulit, se collectanea ad Belgium orientale, verum in schedis duntaxat sine cura scripta apud Colomesium vidisse

* Valer. GOVTHOAVII tractatus de Scriptoribus Hollandiae, Zelandiae et Vltraiecti
Hunc libellum fuisse olim penes Franc. Swertium refert Teisserius in Catalogo &c. pag. 311.

* Dionysii HARDVINI opus de Scriptoribus Flandriae
Vid. I. F. Reimmanni Einleit. in die hist. litter. vol. 1. pag. 378.

* Io. Iac. SCHEVCHZERI Scriptores ex omni facultate iuxta prouinciarum Helueticarum ordinem
Vid. Acta eruditor. Germanic. Tom. X pag. 767.

* Xicconis POLENTONI libri XVIII de illustribus Scriptoribus linguae Latinae
Vid. Io. Ern. Kappii diss. de Xiccone Polentono, Cancellario Patauino, hist. litter. Saec. XV. in Italia restauratore, habita Lips. 1733. §. 24 sqq.

* Angeli APROSII Athenae Italicae de claris viris, qui Italiam scriptis editis et ineditis illustrarunt.
Vid. Teisserii Catalogus &c. pag. 18.

* Franc. DESEINE elogia Italorum, eruditionis laude illustrium, adiectis eorum iconibus (Italice)
Asseruantur in bibliotheca Senatus Lipsiensis. vid. Leipz. Zeitung. von gelehrt. Sach. an. 1716. pag. 401. in notis

* Raph. Trichet du FRESNE de rerum Italicarum Scriptoribus
Hocce opus, cuius particula est Elogium Hieron. Magii, nunquam adspexisse lucem, testatur Colomesius in bibliotheque choisie pag. 150

* Alex. ZILIOLI historia poetarum Italorum
Msc. asseruatur Genuae in bibliotheca monasterii S. Mariae a consolatione. Vid. Bibliothec. Aprosiana ex vers. I. C. Wolfii pag. 220

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

* Ioan. Bapt. BROCCHI Historia pictorum Italorum
Vid. Biblioth. Aprosian. pag. 199

* Augustin. BISCARETI Catalogus Scriptorum Subalpinorum
Vid. Teisserii catalogus &c. pag. 33.

* L'Ateneo degli uomini letterati Milanese da Gio. Paol. MAZZACCHELLI.
Vid. Giornale de' letterati d'Italia Tom. XX pag. 415.

Laur. LEGATI liber de pictoribus, Sculptoribus et caelatoribus Cremonensibus.
Vid. Gregor. Leti Ital. regnant. lib. III. et Bibliothec. Aprosian. pag. 199

Eiusdem Lyceum Herculis, Siue Scriptores Cremonenses
Vid. Leti loc. citat.

* Ioseph. BRESSIANI virtus rediuiua insignium virorum Cremonensium
Vid. B. G. Struuii Supplement. ad notit. rei litter. pag. 95

* Caroli CARTARII Athenaeum Cremonense
Hoc memoratur a Franc. Arisio in Cremona litterata Tom. II. pag. 168.

* Paul. ZISNANI, Cremonensis, de rebus memorabilibus patriae eiusque viris insignioribus.
Vid. Franc. Arisius loc. cit. pag. 137.

* Torquat. PEROTTI virorum Saxo-ferratensium, qui litterarum et armorum gloria apud Pontifices aliosque principes clari euasere, vitae et elogia
Vid. L. Allatii Apes Vrbanae pag. 350

* Octau. ALECCHISI de Scriptoribus Veronensibus
Vid. Giornale de' letterati d'Italia Tom. IX. pag. 118 sq.

* Iacob. FIORELLI de Scriptoribus Venetis
Vid. Bibliothec. Aprosian. pag. 198

* Iac. Phil. TOMASINVS de caudidicis Patauinis
